


Hahn

De Exceptionibus

1755



Geschenkt
von dr. Wolfram Suckier
in Halle.



D. HENRICI HAHNII,

ICti

FACVLTATIS IVRIDICAE ANTE-
CESSORIS PRIMARII, ET DICASTERII GVEL-
PHICI ADSESSORIS GRAVISSIMI &c.

TRACTATIO IVRIDICA

DE

EXCEPTIONIBVS,

TAM

IN GENERE, QVAM IN SPECIE, ET
PRIMO QVIDEM ABSOLVTE, QVOAD
PRINCIPIA, DEINDE RELATE
AD PROCESSVM CONSI-
DERATIS,

VNA CVM IIS,

160 1713
QVÆ IN NOVISSIMO

IMPERII RECESSV

DE ANNO 1654.

CIRCA HANC MATERIAM
SVNT MVTATA.

1910 1711
EDITIO NOVISSIMA EMENDATOR.

HALÆ & LIPSIÆ,

Ex OFFICINA CRVGIANA,
M DCC LV.



THEATROLOGIA

ETRACON



D. HENRICI HAHNII
TRACTATIO IVRIDICA
DE
EXCEPTIONIBVS.

THEISIS I.

Resp. in universum nulla est, quæ absque jūdiciis salva esse possit. Tanta est mortaliū aliena ad se rapiendi cupiditas, tanta delinquendi proclivitas ipsorumque delictorum frequentia. Unde cum in omni societate conviētus civili crebræ oriuntur querelæ, ex quæris lites & controversiæ, non potest non subinde iis affligi, ac tantum non pessundari ipsa resp. nisi in tempore illis commoda ac pacata querantur remedia, teste Philosopho lib. 4. Polit. c. 17. atque Excell. Dn. Conringio Præceptore ac Patrono meo ætatem venerando in *Dissert. de Judiciis Reip. German.* Th. 1. & 2. quibus suffragatur Nobilissimus scriptor Hugo Grotius de Jure P. & B. in *Proleg.* it. c. 2. n. 8. & passim.

II. Commendat quidem modo laudatus nobis Aristot, hoc nomine amicitiam atque concordiam

lib. 8. Ethic. Nic. c. 1. & recte; si modo in omnes cives ea introduci ac conservari posset. Verum enim vero, optare id potius, quam sperare licet, cum virtus amicitiae duratur et fundamentum, adeo sit rara, idem *lib. 8. Eth. c. 3. & 4.* tamque diversa diversorum studia, ipsius denique humani ingenii perversitas tanta, ut non solum civis civi, vicinus vicino sapissime aduersetur, sed & fratrum quoque gratia deprehendatur rara; quin imo nec inter parentes & liberos, maritum & uxorem semper sancta atque inviolabilis servetur amicitia, quemadmodum ipse Servator noster de ultimis seculi temporibus praedixit *Matth. 24. v. 12. Marc. 13. v. 12.* jamque experientia testatur quotidiana.

III. Ut ergo, quantum fieri possit, beate & tranquille in rep. vivatur, Majestatis est præmiis poenisque id agere, *l. 1. ff. de Just. & Jur.* ut cives honeste vivant, neminem laedant, suum cuique tribuant *§. 3. Inst. de Just. & Jur.* Et si contra hæc quicquam peccatum fuerit, ut orta ejusmodi inæqualitas per legitima judicia ad æqualitatem reducatur. Hinc Aristot. tertiam reip. partem in judiciis positam asserit, *lib. 4. Polit. c. 14.*

IV. Idque probe intelligentes Romani Legumlatores, suo hoc in genere non defuerunt officio, sed judicia ita instruxerunt, informarunt atque ordinarunt, ut per illa jus suum unusquisque obtinere queat. Non enim actoribus tantum legitima media juris sui consequendi proposuerunt, verum etiam reis uberrima justæ defensionis remedia jure atque æquitate comparata reliquerunt.

V.

V. Atque adeo duo in universum videntur esse juris sui obtinendi in II. nostris proposita media, ACTIO atque EXCEPTIO, quæ totum fere jus nostrum civ. Rom. ambitu suo complectuntur; si modo actionis vocabulum in significatu aliquanto laxiore, sicut Iustitiae familiare est, accipiatur, ita ut non tantum præjudicia, restitutions in integrum, & prætorias stipulationes l. actionis 37. ff. de Obl. & Act. l. ob. id. 43. in fin. ff. ad L. Aquil. l. judicis i. C. si per vim vel alio mod. abs. sed & interdicta, extraordinarias persecutio[n]es atque accusations comprehendat, d. l. 37. ff. de Obl. & Act. l. Actionis 34. l. Pecunia 178. §. 2. ff. de Verb. Sign. l. un. C. Quando civ. act. crim. præjud. l. i. ff. de Crim. Stellion. l. 2. ff. Si ex nox. causa.

VI. Circa eorum posterius autem eo diligenter philosophandum existimo, quo major est mortalium malitia, qua multi sibi religioni non ducunt, sub specie iusti quidvis a quovis corraderet, ut hinc fere major sit virtus parta tueri, quam querere. Amplissimam igitur pariter, atque omnium testimonia (ne quid de ipsius difficultate jam dicam) utilissimam haic exceptionum materiam, omne jus reorum complectentem Exercitii Academicii ergo in præsenti mihi elaborandum proposui, præcipuum navaturus operam, ut, quantum per ingenii tenuitatem fieri poterit, potiora, quæ ad eam spectare videbuntur, breviter pertractem,

VII. Ordo in iis explicandis servabitur talis: consideratur sumus Exceptiones I. Absolute & tra judicium, quid sint, quinam earum genuinæ,

tes, atque vera origo, cui, adversus quem competent, quot modis dividantur, & si qua alia huc facere videbuntur, idque primo de exceptionibus in genere; deinde de singulis dilatoriarum atque peremptoriarum speciebus, quam fieri potest brevissime, instar descriptionis nonnulla subiiciemus. Cum de posteriori hoc argumento sic satis plene & accurate egerint Joh. Zangerus & Joh. Oldendorpius, de priori vero non item. II. Relative ad processum judiciarium, ubi quomodo illæ in forum rite sint introducendæ, quanta fieri potest brevitate, explicabitur. In utraque vero parte, cum aliqua multa per novissimum Imperii Recessum Ratisbonensem de anno 1654. sint mutata, quæ ea fuerint, breviter quoque monstrabimus.

III. Te autem, benebole Lector, etiam atque etiam rogo, ut non tantum cognoscendi, sed & ignorandi animum ad hujus dissertationis lectiōnem afferre velis; siquidem non te docendi, sed me ipsum exercendi, causa ad eam conscribendam accesserim. Faxit Deus ter Opt. Max. ut viam veritatis ingrediar, omniaque cedant in ipsius divini Nominis gloriam sempiternam.

IV. Primum autem omnium videtur esse necessaria excussio vocabuli exceptionis, quod deductum est ab excipiendo. Sicut enim, quando ab universalis regula aliquid eximimus, sive detrahimus, excipere dicimus; ita reus aliquam æquitatis rationem institutæ actioni opponens, seque ab universalis legis dispositione eximens, exceptione uti dicitur, arg. l. Exceptio 22. ss. b. t. Jctus quidem

quidem Ulpianus *l. 2. in pr. ff. b. t.* exceptionem ab exclusione dictam asserit; verum illa logica notatio est, qua vis potius & significatio, quam vox ipsa ponderatur. Quod & alias JCtis familiare est, ut in *l. 1. in pr. ff. de Jurejur.* Contumelia derivatur a contemnendo, & *l. 1. ff. de Acquir.* possessio dicitur possessio, quasi pedum sive sedium positio. Testamentum quasi testatio mentis *pr. Inst. de Testam.*

X. Acceptiones verbi excipere variae atque elegantes sunt, qua apud bonos scriptores, qua in II. nostris. Illae possunt videri in Lexicis, harum nonnullas incidenter notatas recensemus: sic in *l. de etate n. 5. ff. de Interrog. in jur. fac.* denotat intelligere. In *l. Interdum 36. in fin. ff. de Judic.* recipere, sustinere. *l. Precipimus 32. §. 2.* & 4. *l. Si quando 38. C. de Appellat.* annotare, scribere. Unde in *l. sed addes 19. §. 9. ff. loc. cond.* exceptor dicitur, qui dictata excipit, *l. 17. §. 3. ff. de Servit. præd. urb.* accipitur pro suscipere, ferre *l. 17. §. 6. ff. de Adempt.* *l. Si quis 3. §. 10. ff. ad SCt. Syllan.* & passim, pro eximere, demere. Hinc porro exceptio denotat exclusionem, exemptionem, limitationem regulæ alicuius universalis, qua de agitur a Dd. in *l. 1. ff. de Reg. Jur.* Vid. Phil. Matthæi ibi n. 24. & seqq. Sturcius n. 37. & seqq. Nobil, atque Excellentiss. Dn. D. Eichel. Præceptor ac Patronus meus atatem venerandus in Comment. ad d. l. n. 17. 18. & 19. Interdum etiam pactionem, ut in *l. Juris gentium 7. §. 6. l. 43. ff. de pact.* *l. pacta 72. §. 1. ff. de Contrab. empt.*

XI. Cæterum hæ acceptiones a proposito nostro nonnihil sunt alienæ. In hac enim materia sumitur 1. late & generaliter, pro quavis judiciali defensione, tam a reo, quam ab actore in judicio allegata atque proposita 1. 2. §. 1. l. 22. §. 1. ff. l. n. **C. b. t. l. i. C. de Jur. & fact. Ignor. l. un. C. de Sat-
tisdand. l. Bæbius 39. in fin. ff. de pacif. dotal. gloss.**
**in l. 2. ff. b. t. quo sensu in d. l. 2. §. 1. ff. b. repli-
cationes dicuntur exceptiones.** Nec dubium ul-
lum est, quin eadem ratione etiam Duplicationes,
Triplicationes & Quadruplicationes Exceptiones
appellari queant arg. §. Quarum 3. Inst. de Replic.
Oldend. in Enchir. sub. rubric: Quid sit Exc. §.
eod. modo 2. Stricte pro ea defensione, qua reus
uti solet contra institutam actionem. Quoniam
vero illa interdum ipso jure, (h. e. ipsa legis auto-
ritate & potestate) est nulla & inefficax, interdum
nonnisi ope exceptionis, h. e. exceptione expre-
sse opposita, hinc ea rursus subdistinguitur in pro-
priam & impropriam. Impropriam namque est ex-
ceptio, quæ a jure contra actionem ipso jure nul-
lam objicitur, quæ propterea verius negatio, quam
actionis exclusio sive exceptio audire debet. arg.
l. Age 3. C. de Transact. Cuiac. in l. si tibi. in verb.
pign. ff. de pactis & latius infra th. 15. Propria
vero exceptio est defensio, quæ a reo opponitur
actioni, ipso quidem jure stricto competenti atque
efficaci, iniquæ tamen adversus eum, cum quo agi-
tur, ut est in pr. Inst. b. t.

XII. Synonyma sunt (1) Præscriptio l. Iudica-
tæ 29. ff. de Except. rei judic. l. si debitor 91. ff. de
Solut.

Solut. I. Quicunque 9. pr. ff. de Transact. Quamvis nonnulli hoc nomine peremptorias tantum non autem dilatorias exceptiones denotari existiment, notante Cujacio in paratit. ad b. t. ff. n. 5. eos tamen satis refelli puto vel per ipsam rubric. C. de Except. seu Præscription. l. ult. & penult. C. b. t. Rationem appellationis Perezius ad b. t. C. n. 1. assignat, quod actor præscribat reus, quomodo actionem concipere debuerit, addendo exceptionem. Verum videtur illa potius ab antiquo formularum usu petenda, quibus prætor, non autem actor actionis modum præscribebat. Solebat enim ille præsertim in judiciis stricti juris exceptionem formulæ in modum conditionis inserere atque præscribere, arg. l. 1. ff. famili. hercisc. l. 4. §. 8. ff. de dol. mal. & met. except. Hinc (2) illa nonnunquam conditio appellata est l. 22. pr. ff. b. t. (3) & quidem omnium frequentissime in jure nostro defensionis nomine venit exceptio l. 5. ff. l. 9. l. n. l. 12. C. b. t. l. un. C. de satisdand. (4) Exceptiones nominantur & præjudicia, arg. tit. ff. de Except. præscript. & Præjudiciis. d. l. 1. ff. famili. ercisc. Quamvis autem hæc fæpe pro iisdem accipiuntur, minime tamen dissimulandum erit, præjudicii non & que late, quam exceptionis verbum patere, notante Zang. de Except. p. l. c. 3. n. 31. Reliqua vero exceptionis voce interdum latius accipi, Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 26. th. 1. lit. A. XIII. Expositis hoc modo iis, quæ ad definitionem nominalem spectare videbantur, pergo ad realem, quæ a variis varie proponitur. Cic. in Top.

Exceptiones sunt arietes actionibus oppositi. Theophilus in Institut. b. t. definitur exceptio, quod sit judicialis quedam allegatio reo competens adversus actionem, quæ jure civili quidem efficax sit, sed natura iniquas vires habeat. Cujac. in par. ss. b. t. n. 2. Est allegatio reo competens. Sed haec definitiones cum vero destituantur genere, non placent. Rectius a Iusto Ulpiano in l. 2. pr. ss. b. t. definitur, quod sit quasi quedam exclusio, quæ opponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationem ve deductum, Quæ & ipsa quidem a Wesenb. parat. ad Cod. b. t. n. 2. Treutl. vol. 2. disp. de Except. 26. th. i. lit. E. & Zang. p. 1. c. 3. n. 21. tanquam solis peremptoriis, non etiam dilatoriis conveniens impugnatur. Ast rationis est ICTum defendere, quod & sufficienter praestitum a Nobis. atque Excellentiss. Dn. Praeside, Praeceptore, Patrono ac Hospite omni honoris atque observantia cultu etatem prosequendo in observ. ad Westenb. b. t. n. 3. quo me brevitatis causa remitto. Quamvis autem illa defendi possit, forte tamen proposito nostro convenientibus finiri potest, si ex ipsis exceptionum limpidissimis fontibus instar rivuli cuiusdam tales deducamus definitionem:

EXCERTIO EST JUS REO COMPETENS AD EXCLUDENDAM ACTORIS INTENTIONEM.

arg. l. 2. pr. & §. 2. ss. b. t.

XIV. Dico esse ius, idque (1) ad modum actionis arg. pr. Inst. de Act. l. Nihil aliud sive ss. de Obt. & Act. Sicut enim illa est jus, seu facultas iure
compe-

competens persequendi in iudicio id, quod debetur, non autem ipsa iudicialis persecutio, ita quoque exceptionum natura atque essentia, non tam per iudiciale allegationem, quam per ius seu legitimam facultatem intentionem actoris, vel omnino, vel ad tempus excludendi, recte videtur exprimi. Quod si enim actio ius audit, multo magis & exceptio tale quiderit; quoniam haec actionem, atque adeo jus quoddam excludit, & quodammodo corrigit. Jam vero illud non oportet vilioris esse conditionis, per quod jus ipsum infringitur ac corrigitur. Hinc illud ab Aristot. lib. 5. Eth. Nic. c. 10. jure quodam melius indigitatur, quod ipsum tamen jus appellandum contendit. id. ib. his verb. Nam & jure quodam melius est æquum bonum, & vero non ita jure melius est, ut sit aliud quoddam juris genus. Idem ergo & jus est, & æquum bonum, sed hinc nata dubitatio est, quod quamvis æquum bonum jus sit, non est tamen jus legge constitutum, aut legitimum, sed juris legitimi correctio. Et paulo post: Itaque cum jus est æquum bonum, tum quodam jure melius. Patet igitur vel ex hac ratione, exceptionem recte per jus definiri posse. Uterque enim in jure se fundat.

XV. Deinde, sicut omnis humana actio, ita & exceptio requirit potestatem sive facultatem exigendi. Hac enim si destituatur reus, frustra est exceptione sua, arg. c. Cum super 23. in fin. Extr. de off. & potest. jud. deleg. Plane ut homo perficere nequit illud, cuius agendi potestatem non habet. Ejusmodi vero facultatem aliqui sive ja-

re



re jam constitutam, sive ad rem competentem, re-
cte venire generali nomine juris accuratissime, ut
solet, ex principiis rectæ rationis & II. nostrarum
jampridem demonstravit Excellentiss. Dn. Præses
in libro de Iure Rerum *conclus.* 2. n. 1. it. *conclus.*
6. *junct.*, *concl.* 8. & 9. Idem in *Observ.* ad *Wesenb.*
tit. 1. de *Just.* & *Jur.* n. 10. *ad verb.* *Jus suum* it. *num.*
14. *ad verb.* *Varie quoque.* Nec nos per jus hoc
loco quicquam aliud intellectum volumus, quam
dūvæμiv potestatem sive facultatem jure compé-
tentem. Ut adeo statim hinc pateat primum ex-
ceptionum omnium principium esse potestatem,
cujus respectu exceptiones hactenus videntur esse
juris naturæ.

XVI. Præterea vero ea, quæ in genere juris
sunt naturæ, quandoque a Majestate in rem, justi-
tiæ obtainendæ gratia introducuntur, ac ad statum
illius præsentem accommodantur; sicut omnino II.
ad statum reip. non autem contra resp. ad II. ac-
commodanda est, indeque aliis atque aliis a legis-
latore determinari atque informari solent modis.
Atque ita novam, non quidem essentialē sed ac-
cidentalem a II. accipiunt formam. Quandoque
etiam a Majestate nova quædam, & plane singula-
ria præter jus naturæ, exigente ita necessitate atque
utilitate reip. constitui videmus. Quod utrumque,
cum & in exceptionibus contingat, hinc lex vide-
tur alterum exceptionum esse principium.

XVII. Atque ex his fundamentis oritur pri-
mo duplex exceptionum consideratio: Absoluta
& Relata. Illa est, quando exceptio in se consi-
deratur,

derantur, & sine ullo respectu ad hanc, vel illam remp. & tunc quoad constitutionem & formaliter sunt juris gentium; quoad indicationem autem, seu ratione derivationis & materialiter sunt juris naturalis. Et hoc enim sensu exceptiones dicuntur esse juris naturalis indicative, quatenus sunt modi defensionis a jure naturæ monstratae, arg. l. 3. ff. de Just. & Jur. l. siquidem, ibi: nulla defensio l. Defensiones C. de Exc. l. scientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil. Gentium autem juris constitutive, quatenus a gentibus arte humana sunt inventæ, ex jure naturæ erutæ & constitutæ. Hæc, relata nim. est, quando exceptiones non in se, sed respectu certæ alicujus reip. considerantur, v. c. Romanæ, quatenus ab ea sunt receptæ, informatæ atque determinatæ; & hoc modo intelliguntur esse juris civilis, l. fin. C. b. t.

XIX. Alterum quod hinc promanat, est, quod exceptio relate considerata, alia sit juris gentium, alia civilis. Quæ distinctione omnino necessaria est, cum propter ea, quæ th. præced. sunt proposita; tum vero, quod jus civile nonnullas exceptiones jure gentium cognitas receperit, receptas informarit, informatas determinaverit, nonnullas vero plane de novo invenerit atque introduixerit, cum illud non per omnia serviat juri naturali & gent. neque in totum ab eo recedat, sed interdum aliquid addat, interdum aliquid detrahatur, l. 6. ff. de Just. & Jur. prout reip. ratio id exigit. Sicut igitur novis & singularibus in rep. emergentibus casibus, novæ possunt ac debent constitui leges, exinde-

exindeque novæ actiones: ita quoque exigente usu atque necessitate ejusdem, novæ quoque exceptiones possunt ac debent concedi. Cuius rei elegans sane exemplum habemus in II. nostris Romanis, quibus, cum nimia sceneratorum, præcipue vero Macedonis cuiusdam, existeret improbitas in surroganda pecunia mutua filiis familiarum, iisque hac occasione ad luxum & tandem insitias parentibus struendas incitarentur, ex singulari plane ratione, & in odium sceneratorum comparata est exc. SCti Macedoniani, quo non tantum filiis familiarum, sed & eorum parentibus cautum & prospectum esset, ne ex eiusmodi mutuo sine parentum consensu contracto tenerentur, t. t. ff. & C. de SCto Maced.

XIX. Fuisse autem exceptiones etiam apud alias gentes in frequenti usu, vel ex eo liquet, quod sint defensionis species, quæ iuris gentium est, sicut th. 17. probavi, quodque iis ius & iustitia secundum II. fuerit administrata, quod tamen absque competenti exceptione fieri plane non potuit. Posita enim causa, ponitur causatum. Excell. Philos. Stahl. in reg. phil. tit. 3. reg. 3. Patet quoque illud ex Sacris literis exemplo protoplastorum Adami & Evæ, qui statim post lapsum in ipso paradiso exceptionibus usi videntur: dum Adam culpam violati mandati de non vescendo pomino, a se in Evam reiicit, Evæ autem in serpentem causans se ab ea deceptam esse. Gen. 3. v. 12. & 13.

XX. Quoniam vero jus civ. Rom, iterum subdistinguitur, arg. §. Constat. 3. v. jus nostrum, quo utimur.

utimur. *Instit.* de *J. N. G. & Civ.* junct. §. 7. *Instit.* eod. in civile in specie sic dictum, & prætorium *l.* *jus autem 7. ff. de I. & I. l. i. §. fin. l. 3. §. 1. ff. de Constit. pec.* Exceptiones quoque aliæ erunt civiles, aliæ prætoriæ §. 7. *Instit. b. t.* Civiles, quæ non sunt introductæ prætoris jurisdictione, sed legibus Majestatis vel quæ illius vicem obtinent *d.* §. 7. *Instit. b. t.* ut sunt plebiscita, SCta, Principum Constitutiones, §. 3. *Instit. de I. N. G. & Civ.* Ex plebiscito est exceptio L. Falcidiæ, competens hæredi contra legatarium, plus quam L. illa permittit, petentem, *t. t. ad L. Falcid.* Ex SCtis prodierunt Exc. SCti Macedoniæ *t. t. ff. & C. de SCto Maced.* Vellejan. tit. *ff. & C. ad SCt. Vellejan.* Trebelliani, sicut appellatur in *I.* sed et si 28. §. 1. ff. de *Jud. l.* Prætor ait, *t. §. 8. ff. Quand. act. de pecul. annal.* Ex principum constitutionibus Exceptio Divisionis vigore Epistolæ D. Hadriani *l. inter 26. ff. l.* Non rede 3. C. §. si plures 4. *instit. de Fideiussor.* junct. §. 6. *Instit. de Iur. N. G. & C. l.* Divi Hadr. 3. C. de *Constitut. pecun.* Hisque similes sunt exceptiones ex moribus vel consuetudine descendentes, vel ex statuto, item except. canonice, quatenus illæ a Majestate civili sunt receptæ, approbatæ & confirmataæ. Meier. in *Colleg. Argentor. b. t.*

XXI. Prætoriæ sunt, quas Prætor ob singularem quandam æquitatem sua jurisdictione introduxit atque constituit *d. §. 7. Instit. b. t. l. Quod si 3. §. 1. ff. de Constit. pecun.* Hæ vero ad similitudinem actionum rursus dupliciter considerari possunt:

possunt: (1) ratione introductionis, d. §. 7. iunct. §. 3. Inst. de action. (2) ratione approbationis. Prætor enim juris civilis adjuvandi atque supplendi, cum primis vero æquitatis (cujus custos habebatur) tuendæ causa, solebat interdum etiam aetiones atque exceptiones civiles edicto suo propone, arg. l. 1. ff. Commod. l. 1. ff. si pars heredit. pet. Vid. & Oldendorp. Act. forens. pro gymn. class. 3. act. 2. n. 1. Idem quoque tanquam administratori justitiae causa cognita dabat, addebatque formulæ, vel denegabat exceptiones quocunque jure introductas. Qua quidem ratione omnes possent dici prætoriae: verum illæ prioris generis sunt proprie tales & hujus loci, ut exceptiones metus, dolii mali t. t. ff. de dol. mal. & met. except. pacti conventi de non petendo §. Præterea 3. Inst. de exc. l. juris gent. 7. §. 7. ff. de pactis. Principium ergo hujus divisionis est origo exceptio-*nū civilis* a Legislatore profecta, & vel a primo, Majestate, vel a secundario, Prætore, ad id constituto, ut auxilium præbeat in legum execu-*tione*. d. 1. 7. §. 1. ff. de Just. & Jur.

XXII. Ex his jam porro fluit & alia perutilis quoque divisio. Cum enim omnis in universum exceptio tam civilis, quam Prætoria, vel recta via & claris verbis in LL. aut Edictis proponatur, vel ex legis aut Edicti mente concedatur, vel denique ex æquitate in subsidium vocata, arg. §. Cæ-*terum fin. Inst. de L. Aquilia l. 7. §. 1. ff. de Just. & Jur.* Hinc ratione principii a forma legis, di-*recto*, vel indirecto (& per anfractus statuentis) exceptio

exceptio alia est directa, alia utilis, alia in factum. Directa est, quæ in verbis directis legis fundata est, certamque habet in jure descriptionem, unde intelligi possit, qua forma sit proponenda, quæ propterea nominata, recta, & specialis appellari potest, cum reliquæ dicendæ sint innominatae, generales & vagæ. Vult, ad tit. *Inst. de except.* n. 75. Suthold. *Dissert. 18. aphor. 12.* Utile est, quæ ex mente legis aut edicti descendit, & per interpretationem nascitur, arg. de §. fin. *Inst. de L. Aquil.* In factum, quæ prædictis, deficientibus ex justitia benigna & moderata in subsidium datur l. *Apud Celsum 4. §. 32. ff. de dol. mal. & met. exc. l. t. §. 4. ff. de superfic. l. Paulus 23. ff. b.* Per hanc enim suppletur, quicquid vel deest legi civili l. *Quia n. ff. de prescript. verb. vel etiam subinde ipsis edictis prætoris l. Non debet n. ff. de dol. mal. exc.* Unde & subsidiaria dicitur: in factum vero propterea, quod conceptam formulam non haberet, sed factum ipsum exponendum esset. *Hotom. §. 1. Inst. b. t.*

XXIII. Exempla directarum atque utilium infra post th. 40. In factum vero exceptionum nonnulla hic loci referemus, cum in iure nostro hinc inde sint dispersæ. In hunc igitur censum veniunt, (1) si quis in contraetu mutui stipulationem interposuerit ultra id, quod revera datum est, l. cum ultra 9. C. de non num. pecun. l. si tibi 17. ff. de pact. l. Rogasti n. §. 1. ff. de reb. credit. (2) si quis ob turpem causam aliquid promiserit, petitorum exceptione in factum summo vere potest,

b

l. si

1. si ob turpem 8. ff. de Condict. ob turp. caus. (3) si in libello contra ipsum edito plures sint cumulatae actiones, quarum una alteram consumit, huic exc. locus est. 1. Item si 14. §. 13. ff. Quod metus caus. (4) si res a non domino fuerit vendita, qui postea haeres veri domini factus eandem rem alii vendiderit, d. l. Apud Celsum 4. §. 32. ff. de dol. mal. & met. exc. (5) si rerum doti destinatarum vindicatio instituatur 1. Dotis 7. §. 3. ff. de jur. dot. (6) si dominus soli superficiem voluerit vendicare a bonae fidei possessore non restituto pretio 1. ait prætor. 1. §. is autem 4. ff. de superficieb. §. ex diverso 31. Inst. de R. D. juncta l. Palam est 2. §. & generaliter 5. ff. de dolim mal. & met. etc. (7) si quis errore lapsus promiserit, quod non debebat §. verbi gratia 1. Inst. b. t. l. Julianus 7. ff. de dol. mal. & met. exc. 1. si is cui 20. ff. de SCto Maced. Cum actio talis non voluntaria sit, sed invita per ignorantiam, indeque in negotiis contrahendis errore factum, nullius est momenti 1. in omnibus 57. ff. de Obl. & Act. quippe quod errantium consensus sit nullus. 1. si per errorem. 15. ff. de jurisd. 1. Nihil. 116. §. ult. ff. de R. J.

XXIV. Cæterum sunt & aliæ exceptionum divisiones: quædam enim dicuntur favorabiles, quædam odiosæ. Haæ sunt, quæ in odium agentis sunt introductæ. 1. Qui except. 40. ff. de Condict. indeb. 1. si. ex mult. 3. C. de Annali exc. qualis est exceptio SCti Macedoniani d. l. 40. & t. t. ff. de SCto Maced. illæ, scil. favorabiles, quæ ex merito favore principaliter introductæ sunt jam laudata

data l. 40. ff. de Cond. Indeb. Veluti exceptio SCti Vellejani t. t. ff. & ad S^Ctum Velleian. De hoc exceptionum genere vid. Bart. ad d. l. 40. n. 2. qui egregium huius distinctionis refert effectum.

XXV. Porro ratione causæ efficientis dividit solet exceptio a Dd. in Exc. juris seu actionis, & facti seu intentionis. Exc. juris ipsis dicitur, quæ æquitatis ratione elevat atque infringit actionem stricto iure competentem, atque efficacem pr. & t. t. Inst. de Exc. Exceptio vero facti sive intentionis, quæ opponitur actioni nullo jure competenti, sed circa nudum tantummodo factum occupatae, quales sunt Solutionis, Novationis, Delegationis, Acceptilationis &c. quæ cum potius factum, quam actionem excludant, exceptionibus improprie ita th. 10. dictis erunt annumerandæ. De hac ipsa vero exceptionum divisione quid statuendum sit, expositum est ab Amplissimo Dn. Præl. in Observ. ad Wesenb. parat. tit. de Exceptionibus n. 2.

XXVI. Quandoquidem vero parum est ius nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur §. ult. inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ. ostendendum iam porro erit, quorum gratia comparatae sint except. quibus an etiam heredibus & fideiussoribus, & quatenus, item contra quos competant. Primum quod attinet, cum apud omnes in confessu sit, universum ius actoris & rei gratia propositum esse, hanc juris partem, exceptiones nim. rerum defendantorum causa naturaliter inventas atque receptas esse putamus, ut iis, tan- b 2 quam

quam legitimis innocentiae praesidiis contra actionem, qua in iudicio pulsantur, se defendere possint pr. Inst. b. l. 2. pr. & §. 2. ff. 1. Non except. 10. C. de Except. Sicut namque telis hostium avertendis scuta obiciimus, atque hoc modo ista excipimus; ita quoque rei exceptionum beneficio tela ab actore emissâ propellunt, eiusque intentiōnem & conatum infringunt, vel saltem protelant. Cum igitur sint reorum instrumenta, oportet etiam exceptiones eorum esse gratia, arg. sunt. ea. que habet Aristot. lib. 1. Polit. c. 2. & 3.

XXVII. Ex hinc manifestum est exceptiones competere reis, quibuscumque iudicialis defensio, sive iure naturali, sive gentium, sive civili competit c. Dilecti 8. X. de Exception. Specialiter vero exceptionis ius concedimus (1) illis, qui agere possunt, l. Invitus 156. ff. de R. J. l. 1. §. 4. ff. de superficieb. l. 28. §. 5. ff. Ex quibus caus. maj. c. 71. de Reg. Jur. in 6. (2) etiam illis, qui alias ab agendo repelluntur, sive actionem perdiderint l. Extat. 13. ff. Quod met. caus. l. si pena 19. pr. ff. de Condict. indeb. Gæddæus de Verb. Signif. ad l. §. c. altero n. 5. sive legitimam personam stanti in iudicio non habeant, cuiusmodi sunt pupilli & minores absque tutorum autoritate vel curatorum consensu, l. 1. & 2. C. Qui legit. person. stand. in jud. servi l. Quod attinet 32. ff. de Reg. Iur. l. Judices 1. C. si per vim vel al. mod. abs. perjuri d. c. Dilecti 8. X. b. t. banniti & excommunicati, c. 5. 8. 10. X. b. t. Ratio est non tam quod rei partes sint favorabiliores l. 125. ff. de Reg. Iur. quam quod hoc benignum sit

sit & summe æquum, ne quis innocens vel inauditus condemnetur. *l. Absentem s. ff. de paenit.* De bannitis & excommunicatis in supremo Camerco Imp. iudicio illud observari testatum facit Gail. *2. de pace publ. c. 12. n. 18. & seqq.*

XXIX. Hæreditibus & successoribus eodem modo competunt exceptiones, quo defuncto, quem repræsentant, sive illi, cui successerunt *l. Hæreditas 62. l. Invitus 156. §. 2. ff. de Reg. Iur. l. 1. §. ult. ff. Quantum rer. act. non datur nisi personalis fuerit exceptio l. Exceptiones 7. ff. b. t. quæ quid sit, dicetur *th. 33.* Fideiussoribus dantur, quatenus exceptiones rei cohærent, eiusque quasi pars sunt, etiam reo invito. *§. ult. Instit. de replic. l. Except. 7. pr. l. Omnes 19. ff. l. Defensiones n. C. b. t. l. Si stipulatus 15. pr. de fidejussor. l. 1. §. 8. Quar. rer. act. non datur.* Patri quoque vi patriæ potestatis, si filius per præstatum iusurandum exceptionem quæsivit. *l. ult. ff. b. l. fin. pr. ff. Quar. rer. act. non dat. c. Dilecti 8. b.* Nec non iis, qui ex sua responsione convenientur, ex alia scilicet justa causa *l. si filius §. 1. ff. de Interrog. in jur. fac.* Quin in genere exceptiones reis competere statuimus, nisi vel per pollicitationem, vel conventionem exceptionis jure exciderint, vel delicto quodam se indignos eo reddiderint. *l. 1. §. 4. l. 3. pr. ff. de pollicitat. l. Non exigimus 2. §. ult. l. Sed et si 4. §. quæstum 4. ff. si quis caution. l. sed hoc 22. §. 1. ff. de re jud. Nov. 18. c. 8.* Est namque exceptio reorum auxilium *l. 10. C. b. defensio l. n. opitulatio l. 12. C. eod. querela, Autb. quod locum C. de**

dote cauta non num, quam excludere grave & inhumanum.

XXIX. Is, contra quem comparatae sunt exceptiones, (1) auctor est *pr. Inst. l.* Non except. 10. C. b. t. l. *Pure s. §. 6. ff. de dol. mal. & met. exc. quia exceptio est actionis exclusio l. 2. pr. ff. b. t.* (2) *ipsius heredes l. Debitores l. l. proportione 2. C. b. t.* (3) *successores, si exceptio obstabat iis, quibus successerunt, d. l. 2. C. b. t. l. Quod ipsis 143. ff. de Reg. jur. nisi personalis fuerit l. 7. ff. b. t. vel quid extra contractum antecessoris dolo factum sit, ex quo ad successorem nihil pervenit, §. Non autem l. Inst. de perpet. & tempor. act. l. Procurator n. §. l. ff. de dol. mal. & met. exc. l. Ex depositi 12. l. Ex contractibus. 49. ff. de Obl. & Act.*

XXX. Causa materialis exceptionum tripliciter considerari potest, pro triplici ratione materia. Alia enim est materia ex qua, alia in qua, alia circa quam. Dn. Stahl. in Tabb. Metaph. lit. G. Hæc postrema, sive obiectum exceptionum circa quod versantur, sunt actiones, quatenus illas reus iniustitiae arguit; & per consequens circa quodcunque actio occupatur, circa illud & exceptio versabitur. Materia in qua, seu subjectum est iudicium, in quod sunt introducenda. Materia ex qua, cum sit omne illud, ex quo aliquid sit, cum insit, hic nobis erit ius cuiusque proprium, quod quavis ratione alicui debetur. Quod cum variis modis contingere possit, atque hoc ipsum ius debitum latissime acceptum, sit fons & origo omnium exceptionum, opera me pretium spero faciurum,

si

si hæc non nihil altius répetita preſſius considerem, atque adeo in ipſiſſima exceptionum principia inquiram. Quot modis igitur & quare unumquodque debeatur, primum omnium excutiendum videtur.

XXXI. Debetur autem quid latiſſimo ſenſu vel mediate vel immediate. Mediate poſt diſtin-
gua rerum dominia, vel ex iure circa personam quæſito, §. fin. Inſtit. de bis, qui ſunt ſui vel al. jur. ratione libertatis, civitatis & familiæ: vel circa rem; quod rurſus eſt duplex, vel in re vel ad rem, l. 13. §. 1. l. 19. ff. de danno infect. l. 30. ff. de No-
xal. act. l. 3. de Obl. & Act. & §. 1. Inſtit. eod. Jus in
re, egregie p̄ræ cæteris obſervante Excellentiſſ. Dn. Præſ. in libr. de Jure Rerum conclud. 33. &
p̄ræced. eſt quintuplex, dominium in ſpecie ſic di-
ctum, pignus, ſervitus, poſſeffio & juſ heredita-
rium. Juſ ad rem hic, quod ratione facti alicujus
extrinſeci ſive externe intervenientis, & quidem
ſecundum juſ civile, vel ex pollicitatione, vel con-
ventione, vel delicto oritur. Nam ſi id ex jure
naturæ æſtimare velimus, conſenſus & delictum
ſufficere videntur, Nobiliſſ. Dn. Præſ. in Obs. ad
Wesenb. tit. de Obl. & Act. n. 5. ad verb. Alia enim.
Conferatur & Excellentiſſ. Dn. Tabor. part. ele-
ment. disp. d. Obl. in genere. Immediate debetur
beneficio iſpius legiſ, ex variis cauſarum figuris
l. 1. pr. ff. de Obl. & Act. junct. §. 6. Inſtit. b. t.
Quæ verba d. l. varias quidem fuſcipiunt interpre-
tationes, omnium tamen optime expoſita videntur
ab Ampl. Dn. Præſ. in Obs. ad Wesenb. d. tit. de

Obl. & Aet. n. 5. ad verb. Denique ex var. Expositorum summa hæc est, quod per varias causarum figuræ, denotetur omne justum, quo cunque veniat nomine. Justum enim dicitur vel ordinarie l. i. ss. de præscript. verb. vel extraordinarie l. 3. de jure reip. lib. ii. vel singulariter §. 6. Inst. de I. N. G. & C. l. i. ss. de constitut. Princip.

XXXII. Ordinarie aliquid justum est rursus tripliciter, ratione vel interna, vel externa, vel media inter utramque; Interne justum est ex ratione aliqua naturali, gentium vel civili pr. & t. t. Inst. de I. N. G. & Civ. Externe, quod oritur ex principiis foris assumptis, quorum ab Excell. Dn. Præs. in prælectione publica ad l. 16. C. de Nupt. memini sex esse notata i. erat favorable, 2. odiosum, 3. honestum, 4. utile, 5. necessarium, 6. denique indifferens. Ratione media justum est, quod respectu circumstantiarum tale est, quarum septem numerantur, l. Aut facta 16. §. sed hæc i. ss. de pœnis. II. Justum aliud est universaliter, aliud particulariter, quo de sufficienter Arist. c. 1. 2. & 3. lib. 8. Ethic. & B. Horneius in Philos. Morali lib. 3. c. 11. 12. & 13. III. Justum aliud dicitur jure summo, restricto ac duro, de quo in l. prospexit. 12. §. 1. in f. ss. Qui & a quib. manum. lib. aliud est jure benigno, moderato, quod ab Aristotele jus justo melius, uno verbo æquitas appellatur 5. Ethic. c. 10. l. 31. §. 2. ss. depos. A quo diversum adhuc est justum simpli- citer tale, quod inter hæc quasi medium est, & vocatur alias rectum, nullumque habet respectum ad aliquid, text. eleganti in l. Placuit. 8. C. de Judiciis.

XXXIII.

XXXIII. Hi fontes sunt potissimi, ex quibus omnis in universum exceptio, quæ unquam existere potest, ratione materiae oritur, hæc vera exceptionum principia ex quibus eæ, si victoriæ in judicio tibi polliceri velis, derivandæ ac conficiendæ sunt. Ad hæc etiam quæcunque II. latis proditæ sunt, revocari possunt ac debent; quemadmodum illud singulas exceptionum species pressius consideranti, atque ad dicta principia examinanti patet.

XXXIV. Hinc utilissima quoque exceptionum partitio descendit, qua in legibus nostris alia realis, alia personalis dicitur, ad similitudinem quidem actionum, verum longe alio sensu. Vox enim personalis sive in personam, in jure nostro duplice sensu solet accipi, (1) pro eo, quod personæ ita cohæret, ut cum ea moriatur, quemadmodum usus-fructus est personalis; (2) quod personam adstrinquit, ita tamen, ut etiam heredem obliget, quomodo obligatio dicitur jus personale, & actio personalis. §. 1. Inst. de Act. junct. pr. Inst. de Oblig. Ampl. Dn. Præf. in Obs. ad Wes. tit. de pact. n. 3. verb. Non in personam. Personalis igitur exceptio est jus personæ tenaciter cohærens, nec in heredes, successores aut fidejussores transiens. 1. Except. 7. ff. b. t. l. Etsi fid. 24. l. sciendum 25. ff. [de Re judic. Cum autem duobus modis vel per conventionem, vel per legem acquiratur, rursus videatur subdistinguenda in conventionalem & legalem. Hæc est, quæ substantiam ex lege capit, qualis est exceptio quam vocant, competentiæ, ut ne quis

b 5

in

in solidum conveniatur, quæ nec heredibus nec fidejussoribus datur, *d. l. 24. & 25. ff. de re jud. l. Maritum 12. cum aliquot ll. seqq. ff. Soluto matrim. item bonorum cessionis. §. Except. ult. inst. de Repl. Illa, quæ ex pacto, vel conventione nascitur, quando nominatim statim hoc actum est, ut pactum pacifcenti tantum proficit, *l. Idem 23. §. 1. ff. de pact. secundum principia agentium: veluti est pactum de non petendo §. præterea 3. Inst. b. t. quod alias & in dubio intelligitur in rem conceptum. l. Juris gent. §. 7. Pactorum 8. ff. de pact. Quamvis autem personalis exceptio regulariter non transeat in alios, concedenda tamen est defensori, qui rei principalis, pro quo ipse obligatus non est, defensionem humanitatis causa suscepit. l. Alia causa 14. ff. Solut. matrim. l. Blanditus 12. C. de fidejuss. §. si vero Inst. de Satisdat. Perez. ad C. b. t. n. 24.**

XXXV. Substantialia exceptionum in eo consistunt, quod sint exclusoriæ actionum, reumque defendant, sicut patet *ex defin. & ulterius probatur l. 2. pr. & §. 2. ff. b. t.* Consequens autem, & quod ex eo fluit, est modus eas proponendi & probandi. Quod si enim vim suam exercere debent, omnino in loco judicij sunt proponendæ, *c. Pastoralis 4. X. de Exception. c. Quoniam. ii. de probat.* nec judex eas regulariter supplere tenetur, *gloss. in l. 27. §. 2. v. pactis ff. de pact. it. in l. fin. ff. de hered. petit. Wesenb. parat. ff. b. t. n. 9. & Ampliss. Dn. Præl. in Observ. ibid. Zang. p. 3. c. 26. & seq. ubi hoc limitat.* Et vero cum in judicio absque

que sufficienti probatione nulli parti sit credendum, atque exceptiones sint efflata quædam rei, in quibus actoris partes sustinet, l. i. ff. b. hinc eadem a reo sunt probandæ, l. si pactum 9. l. in except. 19. pr. & §. 2. l. 25. §. 2. ff. de probation. Eodemque pertinet, quod exceptiones sint perpetuæ, nulloque temporis lapsu iis, tanquam veritati atque innocentiae præscribatur. Cum enim reo, in cuius potestate non fuit, utrum conveniatur nec ne, nulla negligentia imputari possit, præscriptionis ratio cessat, l. Pure. 5. §. fin. ff. de dol. mal. & met. exc. Hinc ad excipiendum dicuntur perpetua, quæ ad agendum sunt temporaria, arg. l. licet. 5. si pactum 6. C. b. t. d. l. 9. §. fin. de dol. mal. & met. exc. Idque ordinarie. Nam extraord. hancce exceptionum naturam restrinxit Imp. in except. non numerata pecuniæ ad biennium, §. un. Inst. de Lit. Obl. §. Idem juris 2. Inst. de Exc. l. si intra 8. l. In contradicibus 15. C. de non num. pecun. tum, quod valde sit odiosa, dum alterius fidem in dubium vocat, atque grave probandi onus in ipsum evergetam devolvit l. Adseveratio 10. C. eod. l. Actor. 23. C. de probation. Nov. 100. in pr. fin. & c. 1. tum vero, quod hominum securitati optimo reip. fini, qui multarum II. causa extitit, atque indigentia supplendæ, sive officio mutuo dandi officere videatur. E contrario autem ex summo favore dotium tempus opponendi exceptionem non numerata dotis intra certos cancellos coarctatum est, l. In dotibus 3. C. de dote cauta non num. Nov. 100. per tot.

XXXVI. Finis exceptionum generalis & remotus est, ut suum cuique jus tribuatur, ac iustitia beneficio earum in rep. conservetur. Specialis & proximus est, ut reum defendant, actionemque intentatam excludant, ostendendo illam, ut ex universalis legis rigore, atque in thesi justam, in hypothesi tamen, & contra reum iniquam esse, pr. Inst. b. t. l. 2. pr. & §. 1. & 2. ff. b. t. Leges namque pro objecto habent res contingentes ut plurimum Arist. lib. 5. Eth. c. 10. cum quo egregie congruunt ll. nostræ l. 3. 4. 5. & 6. ff. de ll. hominum videlicet actiones, sicut accurate demonstrat Excell. Dn. Præs. absque honoris præfatione nunquam mibi memorandus in observ. ad Wesenb. tit. de Inst. & I. n. 2. ad verb. sic jurisprud. & tamen nihilominus universaliter sunt concipiendæ & ferendæ, Aristot. lib. 5. Eth. c. 10. l. Iura 8. ff. de leg. Ubi autem de rebus universe & generaliter recte præcipi non potest, Aristot. ib. sapissime contingit, ut ab universalis legis rigore exceptio quædam ex æquitate concedenda sit, Idem Aristot. d. l. & c. cum l. Non exigimus 2. ff. Si quis caution. l. Si major. 36. C. de Transact. l. Sicut 8. §. 9. ff. Quib. mod. pign. solv. quoniam vel minima circumstantia totum jus variare potest, d. l. 2. §. 1. 2. & 3. Si quis caut. ut & in l. Qui quadring. 88. §. 1. ff. ad L. Falcid. Quod nisi accurate observetur, jus, quod dicitur, sumum, summa potest fieri injuria. Sedulo igitur cavendum, ne per occasionem juris civilis reo fiat injuria, & contra æquitatem injuriarum nascatur actio, unde jura nascuntur, l. Meminerint 6. C.

Vnde

Vnde Vi l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. exc. l. Eum qui 9. C. de Vfucap. pro emt.

XXXVII. Quo vero hic finis obtineri, atque exceptio effectum suum consequi possit, requiri-mus I. a parte judicis, ut nullam temere rejiciat, sed sicut actio nisi notorie iniqua, hactenus est audienda, ut actori eam in judicio proponere liceat, ita & multo magis exceptio, l. *Invitus* 156. ff. d. R. f. l. 1. §. 4. ff. de superfic. est enim defensionis species & nihil concedendum actori, quod idem reo non liceat. l. *Non debet* 41. ff. de R. I. præser-tim quando rei partes sunt favorabiliores, l. 125. ff. de R. I. II. A parte rei duo desiderantur; ex-ceptionis competentis propositio & probatio. Ipsa oppositio hunc habet effectum, ut reus in exce-ptione actor fiat, l. 1. ff. b. t. ratione scilicet oneris probandi, atque effectus sive victoriæ, quam actor agendo, reus excipiendo intendit. Non autem, ut litis per eam fiat contestatio, c. *Si oblato* 2. de lit. contestat. in 6. Cum enim litis contestatio sit quasi quædam pugna, unde Germanis dicitur Krieges-befestigung, atque adeo requirat contradictionem mutuam, l. 14. §. 1. C. de Judic. nuda exceptionis obiectione, siquidem ibi subsistatur, contradic-tio mutua non inducitur, quia utrumque & reum de-bere, & v. c. pactum intercessisse, verum esse pot-est. Neque vero effectus est, quod reus intentio-nem actoris confiteatur, l. *Non utique* 9. l. 2. §. fin. ff. b. t. c. Except. 63. de R. I. in 6. c. cum venerabi-lis 6. X. de Except. Ejus vero legitima atque suf-ficiens probatio hunc habet effectum, ut actio vel

ad

ad tempus tantum differatur, & suspendatur, vel etiam prorsus perimitur, atque infringatur §. *Perpetua* 9. & §. *tempor.* 10. *Inst. b. t. l. 2. §. 4. l. Except. 3. ff. b. t.* Notandum tamen, non semper esse necessarium, totam actionem exceptione vel differri vel elidi, sed ad effectus consecutionem sufficere saepe dilationem, aut peremptionem partis tantum: ita enim in l. 22. pr. ff. b. t. dicitur, quod modo eximat reum damnatione, modo eam minuat; quamobrem etiam nonnullae exceptiones a Dd. modifactoriæ damnationis atque executionis audiunt.

XXXIX. Ab eo, quem diximus, effectu fluit divisio omnium princeps, qua alia dicitur perpetua & peremptoria, alia temporalis & dilatoria. Illa est legitima facultas, sive jus reo competens ad actionem ipsam infringendam ac perimendam, §. *Quarum* 9. *Inst. l. 2. §. fin. ff. b. t.* Hæc scilicet dilatoria est, quæ competit ad actionem per aliquod tempus differendam ac suspendendam §. *Temporales* 10. *Inst. d. l. 2. §. fin. & l. 3. ff. b. t.* Quamvis autem ingens inter hasce species sit delictum, contingere tamen potest, ut ex temporali & dilatoria per accidens fiat perpetua & peremptoria, si causa debendi sit dubia, l. sufficit. 56. ff. de *Condit. indeb.* item, si quis plus re, tempore, loco vel causa petierit, qui ex ratione juris veteris causa cadebat §. *Si quis agens* 33. *Inst. de Act. cum §. seq. §. Temporales* 10. *Inst. b. t.* iterum enim acturo obstabat exceptio rei judicata id quod tamen postea ab Impp. Zenone & Justiniano mutatum

tum esse legimus §. Sed hæc 35. Inst. de Act. l. Zenonis 2. & t. t. C. de plus petit. d. §. Temporales 10. Inst. h.

XXXIX. NEQUE VERO DILATORIAE SUNT UNIUS GENERIS. QUAEDAM ENIM DESUMUNTUR EX PROCESSU JUDICIARIO, QUAEDAM AB IPSA CAUSA PRINCIPALI. Matth. Coler. *in process. Juris Summario c. 9. in pr.*

XL. EX PROCESSU DESUMPTAE RESPICIUNT VEL PERSONAS, VEL IPSUM MODUM ATQUE ORDINEM IN JUDICIO PROCEDENDI, ALIASQUE EJUS CIRCUMSTANTIAS.

XLI. PERSONAE AD PROCESSUM NECESARIAE SUNT JUDEX ET LITIGANTES. A PERSONA JUDICIS, QUAE PETUNTUR EXCEPTIONES, SUNT (1) INCOMPETENTIAE, (2) RECUSATIONIS, (3) PRAEVENTIONIS.

XLII. EXCEPTIO INCOMPETENTIAE, est jus reo competens ad excludendam actionem, quæ coram iudice, cuius iurisdictio quoad reum, vel causam, vel quantitatem in iudicium deducit, fundata non est, instituitur. Ut puta, si reus sit alterius ditionis subditus. *l. fin. ff. de juri s. l. Neque a præs. 5. C. Qui dar. tutor. vel curat. l. in locum 3. C. Qui petant tutor. l. Ius dandi 3. ff. de tut. & curat. dat. & nulla alia ratione, (veluti domicilii naturalis seu originis, rei sitæ, contractus, delicti, cause continentiae, quibus forum communne ordinarium alias fundari solet, Ampliss. Dn. Præs. in Obs. ad Wesenb. tit. de Judic. n. 16. ad v. Actorem sequi,) jurisdictioni ipsius subjiciatur.*

Quod

Quoad causam incompetens est judex causarum criminalium, si de civili & pecuniaria judicare velit 1. Solemus 61. §. 1. ff. de Judic. nisi forte in criminalem inciderit, 1. Sed & 4. §. 4. ff. finium regund. Jure pontificio, incompetens est judex secularis, quoad causam ecclesiasticam, Lancellot. l. 3. tit. de Judiciis 1. §. Laicus. 3. Instit. Jur. Can. c. Ex literis 1. X. de consang. & affin. c. Quoniam 2. X. de Vsur. c. Quanto 3. X. de Jud. c. Si diligent 12. X. de foro compet. In terris vero Augustanæ Confessioni addictis, illud non servatur propter Pacificationem Religiosam de anno 1555. §. Damit auch obberührte & nuperam Osnabrugg. de anno 1684. art. 5. §. Transactio 1. & §. Ius Diœcesanum. 16.

XLIII. Quoad quantitatem seu ratione summa petitæ, incompetentiæ exceptio objici potest Cameræ judicij Imp. si summa, cuius causa appellatur, sit infra 50. florenos Ord. ejusd. 2. c. 28. §. und sonderlich 4. quæ tamen postea aliquoties adaucta fuit, donec tandem propter litigiorum multitudinem summa isthæc appellabilis ad 400. unciales seu thaleros Imper. pecuniæ capitalis usque fuerit extensa, infra quam nulla hodiæ appellatio in Camera recipi potest vigore Novissimi Recessus Imp. Ratisbon. de anno 1654. §. Vierdtens soll die Summa appellab. Quemadmodum & summa reddituum der unablässlichen Guldzins oder Nützungen, quæ olim ex Recessu Imp. de anno 1570. §. Was aber unablässliche erat sex florinorum & postea ex Recessu Deputationis de anno

1606.

1606. §. Wie wohl nun auch 12. florenorum, hodie per d. noviss. Recess. de anno 54. & d. §. ad decim Joachimicos est aucta, salvis interim juribus ac privilegiis Principum atque civitatum, quibus major summa appellabilis est speciatim indulta atque concessa, de Rec. & §. Vierdtens soll die Summa & §. Schließlich und zum elften. De quibus sigillatim agit Julius Magenb. in Comment. ad Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. Petrus Frider. Mindan. sub fin. lib. i. de process. extrahendis. Quomodo Illustres Ducatus Brunsuicenses & Luneburgenses gaudent privilegio, ut ab eorum judiciis, tam provincialibus, quam aulicis, ad Cameram vel aulam Imperialem appellare nemini liceat, nisi summa capitalis controversa ad minimum sit bis mille florenorum Rhenensium zweytausend Goldgulden. Quinimo, licet dictam summam longe excedat, si tamen de debito liquido sit controversia, nullatenus appellatio concedatur, sicut patet ex privilegio a Cæsarea Maj. Ferdinando III. d. 24. Septembr. anno 1648. impetrato. Hæc vero exceptio incompetentiæ eum in finem comparata est, ne quoda litigatoribus intenditur, ipsum adeo judicium fiat elusorium, judicis potestate ex causis modo memoratis deficiente Confer. Zang. p. 2. c. 1. Oldendorp. in Enchir. rubr. Exc. Declinatoria & seqq.

XLIV. Secunda a persona judicis deduci potest exceptio RECUSATIONIS 1. Apertissimi 16. & 1. fin. C. de Iudic. Nov. 53. c. 3. §. 1. & 2. Nov. 96. c. 2. §. 1. quæ duplicem videtur habere fontem,

SUSPI-

SUSPICIONIS ATQUE INHABILITATIS. Illa rursus ex variis causis promanere potest, veluti ex odio, si judex reo inimicus esse credatur *l.* si pariter *g.* *ff.* de Liberali *caus.* ex favore, si sit adversarii intimus, *c.* Insinuante *25.* *X.* de *off.* & potest *jud.* deleg. aut consanguineus *c.* Postremo *36.* *X.* de Appel- lat. si ejusdem cause fuerit advocatus, *l.* *Nemo 14.* *pr.* & *§. fin.* *C.* de *Affessor.* *l.* *Prætor.* *7.* *ff.* de *Iurisd.* si ipse similem habeat controversiam *c.* *Causam 18.* *X.* de *Iudic.* Ex metu, si sit actoris subditus, vasalus, aut beneficiarius, & similes, quas vid. ap. Robert. Marant. Part. *6.* de *Appellat.* *n.* *26.* & seqq. usque ad *n.* *76.* *p.* *m.* *558.* Hæc nimirum INHA- BILITAS jūdicis, propter quam a sacrosancta ju- risdicundi functione arceri potest, profluit vel ab ipsa natura vel lege, vel moribus, sicut eleganter differit ICtus Paulus in *l.* Cum prætor *12.* *§. ff.* de *Iu-* dic. Natura judex esse non potest surdus, mutus, perpetuo furiosus & impubes, *d. l.* *12.* *l.* cum furio- sus *39.* *ff.* de *Iud.* & *l.* *Fæminæ 2.* *ff.* de *R. I.* *l.* *§. furio-* sus *8.* & *§. seq.* *Inst.* de *Inutil. stipulat.* Minor *18.* annis *l.* Quidam consulebat. *57.* *ff.* de *Re judic.* nisi partes scientes in ipsum consenserint *d. l.* *57.* *ff.* de *Re jud.* Iure canonum minor *20.* annis non nisi partium consentu dari potest *c.* Cum vigesimum *41.* *X.* de *off.* & pot. *jud.* deleg. Cæcus autem judex dum esse potest *l.* Cæcus. *6.* *ff.* de *Iud.* *l.* *l.* *§. quamvis ff.* quo de postuland. exceptis tamen casibus ocularem in- spectionem requirentibus, *l.* Si irruptione *8.* *§. ult.* inter *ff. fin.* regund. *l.* Vbi falsi *20.* *pr.* *C.* ad *L.* *Corn.* de Auli falsi. Lege judices esse prohibentur (1) Divina, confi- infide.

infideles inter Christianos D. Apostol. Paulus 1. ad Corinth. c. 6. v. 1. 4. & seqq. (2) Pontificia, excommunicati c. Ad probandum 24. X. de sent. & re jud. infames c. Quod judex 1. quest. 7. C. III. (3) Civili: Senatu moti d. 1. 12. ff. de Iudic. 1. Cassius 2. ff. de Senator. Imperiti, scilicet earum rerum, de quibus judicandum est, Nov. 82. in media præfat. l. Certi juris 17. C. de Iudic. Moribus a judicandi munere arcentur fœminæ & servi d. 1. 12. ff. de jud. l. Servus. 6. C. eod. l. Fœminæ 2. l. Quod attinet 32. ff. de R. I. Non tam quod non habent judicium, quam quod ita receptum sit, ut civilibus non fungantur officiis, & civili ratione d. 1. 12. de Iud. & l. 2. de R. I. Ibique Sturcius, c. Infamis quest. 7. C. III.

XLV. Tertia, quæ a persona judicis desumitur potest exceptio, est PRAEVENTIONIS competens reo, qui unius eiusdemque cause plures habet concurrentis jurisdictionis judices, ad hoc, ut si ab uno legitime fuerit citatus, alterum vel reliquos hac exceptione submoveare possit, arg. l. Si quis 7. ff. de Judic. c. Proposuisti 19. X. de foro compet. Clement. Cum lite 2. Ut lite pend. nihil innov. nisi cum primis autem arg. l. Vbi accept. 30. ff. de Judic. statuentis: Judicium, ubi cœptum, ibi & finiendum esse. Enim vero cum judici prius citanti ius quoddam quæsumum sit, illud invito auferri non debet, l. 74. ff. de Reg. Jur. Tale ius præventionis inter suprema imperii nostri iudicia, Cæsareum Aulicum & Cameræ Imperialis, quam maxime est vina, conspicuum. Quod si enim reus a Camera prius fide-

fuerit citatus, ad Imperatorem revocari non potest, quoniam concurrentem habent iurisdictionem teste Gail. l. 1. Observ. 29. id quod in pacificatione Osnabrug. de Anno 1648. confirmatum appareat ex Instrum. ejusd. n. 5. §. Quoad processum & seq Nisi de Ducatu vel Comitatu aliquo imperii si controversia, in quibus solus Imperator iudicis competens est Ord. Cam. p. 2. tit. §. Ob aut Sachen. Idem etiam inter summa Illustris huius Ducatus Guelferbytani Dicasteria Aulicum & Provinciale obtinet ex Constitutione D. Henrici Ju de anno 1596. d. 18. Sept. promulgata, quæ anno 160 d. 25. Febr. specialiter est repetita.

XLVI. DILATORIAE, QUAE PERSONAE LITIGANTES RESPICIUNT, DEDUCUNTUR VEL A PRINCIPALIBUS, VEL AB IIS, QUAE ILLORUM NOMINE POSTULANT, ATQUE EXPERIUNTUR. PRINCIPALIUM RESPECTO DILATORIAE EXCEPTIONES, VEL AB ACTRIS, VEL REI TANTUM VEL DENIQUE UTRIUSQUE PERSONA ORIUNTUR.

XLVII. Ab actoris persona desumi potest exceptio EXCOMMUNICATIONIS, qua ad excommunicatus a judicio submoveri potest Dilecti 8. c. Exceptionem 12. X. de Except. cum dignus judicetur, qui sacrosanctam justitiae officiam ingredi debeat, c. Prudentiam 21. §. Sexta libris X. De off. & potest. jud. deleg. NON IN TRATAE VENIAE, quæ datur contra acto absque speciali judicis permissu in judicium cantem eum, cui naturali ratione vel propter

guinis propinquitatem, vel etiam propter exhibita beneficia reverentiam debet, l. Generaliter 13.
l. *Quicunque 4. §. 1. ff. l. Venia 2. C. de in jus vo-*
gand.

XLIIX. A persona rei oriuntur exceptiones
I. COMPETENTIAE, quæ reo ratione personæ
 sive propter reverentiam atque amorem ipsi debi-
 tum, vel propter commiserationem, vel specialem
 favorem conceditur, ad hoc, ne condemnetur vel
 excutiatur in solidum, sed in id, quod facere pot-
 est, h. e. ut tantum ei relinquatur, quantum ad vi-
 citum & amictum sufficiat, l. *Cum ex causa ff. de Re*
judic. juncta l. Quos nos 234. §. Verbum ff. de Reg. I.
l. Verbo 43. & l. seq. eod. Ubi tamen notandum,
 hanc exceptionem interdum operari deductionem
 æris alieni, quod reus aliis debet, interdum vero
 non. Illud solummodo locum habet, si a dona-
 tore ex liberalitate convento obiiciatur l. *Inter eos*
29. §. is quoque l. ff. de re judic. l. Qui id quod 33. l.
Nesennius 41. §. fin. ff. de Donat. Hoc vero in re-
 liquis contingit, quibus hæc exceptio vel propter
 reverentiam atque amorem concedi solet; veluti
 parentibus. §. *Sed et si 38. Instit. de Act. l. sunt qui*
16. ff. de re judic. l. Licet 7. ff. de Obsequiis par. &
patr. præst. Socrero, l. Sed hoc 22. ff. de re judic. l.
Rei judic. 15. §. fin. l. 16. & l. Ex diverso 17. ff. So-
lut. matrim. Marito l. Non tantum 20. ff. de Re ju-
dic. un. §. cum autem 7. C. de Rei ux. act. vel propter
commiserationem ei, qui bonis cessit, ne, si quid
postea acquisiverit, in solidum exigatur, §. fin. In-
stit. de Act. l. Is qui 4. pr. ff. de Cession. bon. Vel
 gu
 c 3
 militi,

militi, ex speciali favore militia, *l. Miles. 6. pr. l.*
Item 18. ff. de re judic.

XLIX. REVOCANDI DOMUM, quæ datur
 reo, alibi locorum, ubi forte invenitur, convento,
ex contractu, vel negotio antea, nec eo loci gesto,
hac fini, ut causa remittatur ad judicem domicilii.
Hae se tueri potest Legatus, vel aliis in publicis
 aliquo missus *l. Consensisse 2. §. Legatis 3. ff. de Iudic. c. fin. X. de foro compet.* ne ab iis per solicita-
 tiones privatas avocetur. Idem qui testimonii di-
 cendi causa aliquo fuerit evocatus *d. l. 12. §. 3. ff. de Iud. l. si quando 19. C. de Testib.* cuius ratio elegans
 peti potest *ex l. Sed si quis 7. ff. Testam. quemad. aper. & l. Videlicet 29. ff. Ex quib. caus. maj.* quod jam
 cum onerosum sit, & sepe cum magna captione con-
 junquum, a rebus suis avocari, quodque nemini
 officium suum debeat esse damnosum. Quinimo
 omnibus, qui ob quodlibet negotium, vel priva-
 tum obiter expediendum aliquo perventi conve-
 niuntur, hanc exceptionem concedendam puta-
 mus, nisi ex alia ratione supra th. 42, commemo-
 rata forum sortiantur, veluti ex contractu ibi antea
 celebrato, *d. l. 2. §. Omnes 4. ff. de Iudic.* Quod
 ipsum tamen legatis hanc exceptionem non adimit,
 nisi legationis tempore ibi contraxerint; ratio est
in l. Si legationis 25. ff. de Iudic.

L. Ab utriusque tam rei, quam actoris persona
 derivantur exceptiones (1) **INHABILITATIS**
 sive **LEGITIMATIONIS**, quæ obiicitur tam acto-
 ri, quam reo, non habenti legitimam personam
 standi in judicio, *l. Si cum l. & II. seqq. C. Qui le-*
git.

git. person. stand. in jud. §. Item inviti 2. Instit. de Curat. Vid. Zang. p. 2. c. 8. num. 5. & seq. (2) JU-
STI IMPEDIMENTI, qua tam actor, quam reus
se defendere potest, quando vel propter morbum
sonticum, vel aliam majoris causæ occupationem,
aut necessitatem (puta aquarum tempestatis, hye-
mis, incursum latronum, aut aliam similem causam)
constituto tempore in judicium, vel plane, vel pa-
ratus venire non potuit, l. Non exigimus 2. §. Si
quis 3. ff. Si quis caution. l. Contumacia 53. §. pœnam
2. l. Quæsitum 68. ff. de Re judic. l. Scire 13. §. si enim
7. ff. de Excus. Tutor. (3) NON PRAESTITAE
CAUTIONIS, quæ datur & actori & reo, sed ob
diversum finem. Huic, ut actor caveat, de lite in-
tra duos menses a porrecti libelli tempore conte-
standa, vel de damno ex mora contingente in du-
plum restituendo Auth. Libellum C. de Litis contest.
ejusque matrice N. v. 96. c. 1. (2) de lite ante judi-
cii finem non deserenda Auth. Generaliter C. de
Episc. & Cler. Nov. 112. c. 2. (3) de expensis in
casum succumbentia refundendis d. Auth. Genera-
liter & Nov. 112. c. 2. Ex quibus ultimam, si
petatur, usu servari, testatur Nobiliss. Dn. Præf.
in Obs. ad Wesenb. tit. Qui satisda cog. n. 6. ad
v. Novissimo jure. Illi, Actori scilicet, datur,
ad hoc, ut reus, caveat judicio sisti, seque ad
finem litis in judicio permafurum, & tem-
pore sententiæ recitandæ affuturum, §. Sed
kodie 2. & §. Si vero 4. in f. inst. de Satisfact.
Confer. noviss. Imperii Recessus de anno 1654.
§. Nach Berathschlagunge. (4) C O N T U M A-

CIAE, quæ conceditur parti obsequenti, contra adversarium, in termino a judice præstituto non comparentem, ad hoc, ut sive actor, sive reus contumax fuerit, ipsi viatica & litis sumptus prius refundantur, quam ad item iterum in judicio tractandam & persequendam admittatur 1. *Sancimus* 25. l. *Properandum* 13. & §. 2. & seq. l. Et post edictum 73. §. 1. ff. de judic. c. *Quoniam* 5. §. in aliis X. ut lite non contest. non proced. Quod si vero emissis tribus editiis, vel uno peremptorio, per ipsum anni spatium redditus ad judicium differatur, potest hæc exceptio fieri perpetua d. *Auth.* *Qui semel*, in fin. *C. Quomodo* & quand. jud. sent. Nov. 112. c. 3. §. Si vero 2. Circa hanc tamen notandum, quod ex contumacia hodie non amplius procedatur ad banum ac immissionem, ex primo vel secundo decreto, per d. *Recess.* Imperii de anno 1654. §. Würde hierauf nun; præsertim cum quis ex eodem facilius contumacia notam incurre posse, vel eo ipso, quod procuratorem ad defendendum impaturum in judicium miserit, licet is, ad quævis proximo termino præstanta, se offerat d. noviss. *Recess.* §. Da auch wegen des Beklagten.

L. I. A PERSONIS, ALIENO NOMINE INTERVENIENTIBUS EXCEPTIONES DEDUCUNTUR PROCURATORIAE, QUAE EX QUADRUPLICI DEFECTU ORIUNTUR I. POTESTATIS PROCURATOREM DANDI, 2. PROCURATORIS CONSTITUENDI, 3. MANDATI, ET 4. IPSIUS ACTIONIS.

LII. Ex defectu potestatis, sive naturalis, ob quem procuratores constituere nequeunt mente capti, infantes, pupilli & minores, absque tutorum autoritate vel curatorum consensu. *Vid. Wesenb. parat. ff. de Procurat. n. 4.* Sive legalis, ob cuius defectum dare nequeunt excommunicati c. 1. de Exc. in 6. (2) Ex defectu quodam procuratoris constituendi nascitur exceptio, quando ipsius persona talis est, quæ procuratorem agere in iudicio non possit, idque rursus vel natura vel lege prohibente. Illa, quinam impedianter in facili est cognoscere; hac vero arceri putamus litium alienarum redemptores l. Si qui 5. C. de Postuland. l. litem 15. C. de procurat. potentiores contra tenuioris fortunæ homines l. 1. Et t. t. C. Ne liceat potent. patroc. lit. præst. quo etiam pertinet tit. C. Ne fiscus vel resp. procurat. al. patrim. caus. in lite præstet. minores 17. annis arg. §. Item invit. 2. Inst. de Curat. junct. l. 1. §. 3. ff. de Postul. l. Exigendi 22. C. de procurat. fœminas, l. Alienam 18. C. eod. l. 1. §. 4. ff. de Postuland. l. Fœminæ 2. ff. de R. l. nisi pro parentibus l. Fœminas 41. ff. de procurat. milites l. Filiusfam. 8. §. 2. ff. Et l. ita demum 13. C. de procur. reos criminis l. Reum 6. C. eod.

LIII. Ex defectu mandati oritur exceptio, quando procuratorum vel nullum extet l. Licet. 24. C. de procur. vel quod datum est, vitio aliquo formæ labore l. Si procuratorem 65. ff. de procurat. vel re adhuc integra revocatum §. Recite 9. Inst. de mand. l. si vero 12. §. pen. ff. eod. aut morte instituentis extinctum sit §. Item si 10. Inst. de mand.

L. si quis 27. §. 3. ff. eod. Hodic vero, cum ex novissima Imperii constitutione de anno 1654. mandata procuratoria, simul ab initio hæredum quoque nomine sint concipienda, huic exceptioni, quoad ultimam rationem ansa est præcisa a §. Daz mit auch zum vierdten. De forma procuratorii vid. §. Als auch weiter zum fünften cum seq. Ex defectu ipsius actionis, si nimur ea talis sit, quæ procuratorem non admittat; quæ autem & quales istæ sint, inter DD. varie quidem disputant. Summa tamen omnis eo redire videtur, quod causa quævis, tam criminalis, quam civilis, cuius terminatio sive sententia definitiva, per absentiam partis alterius non redditur elusoria, procuratorem admittat. Cui suffragatur JCTus in l. Servum 33. §. 2. ff. de procurat. inquiens: *Vbicunque absens quis damnari potest, iki quemvis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem audiri æquum est.* Certe moribus nostris sublata poena talionis, sublata quoque est omnis, quoad actorem, disputatio, cum ab ipsius parte indistincte procurator admittatur, sive civiliter sive criminaliter agatur, notante Wesenb. in parat. tit. de procur. n. 5. fac. Conf. Carol. V. art. 12. Quoad reum accurate distinguentem & causis nonnullos excipientem vid. Ampliss. Dn. Præs. in Obs. ad Wesenb. d. t. de procur. n. 5. v. *Vt sunt jud. & de difficulti hoc argumento plenissime agentem Bachov. ad Treutl. vol. II. disp. 26. th. 3. lit. G.*

LIV. Ab ordine ipsius processus, sive modo in judicio procedendi, qui se instar legis habet, defensionantur

muntur dilatoria exc. I. LIBELLI INEPTI, quæ ex vicio quodam libelli orta, parit reo absolutionem ab instantia & observatione iudicij, actorisque in expensas condemnationem c. Examinata X. de Iudic. Omnia autem hic libelli vitia recensere, nimis longum foret, videat de iis, cui volupe est, Gail. I. Observ. 61. & seqq. usque ad Observ. 69. Wesenb. parat. ss. de Edendo n. 4. & Excell. Dn. Præs. in Observ. ibi. Zang p. 2. c. 14. n. 11. & seqq. Noviss. Imperii Legem de anno 1654. §. Diesem nächst nun beym dritten. II. CONTINENTIAE NON DIVIDENDAE, competens reo, ex callida iudicij actionumque coherentium divisione, ad hoc ne indiversa judicia tractatis, laboribus sumptibusque non necessariis gravetur I. Nulli prorsus. 10. C. de jud. t. t. ss. de quib. reb. ad eund. iud. eatur. De hac Exc. vid. elegantissimus tractatus Petr. Frit. Mindan. III. LITIS PENDENTIS obstans ei, qui Litem jam coepit ad aliud iudicium avocare conatur, licet speciali fori privilegio gaudeat I. Si quis postea 7. l. Vbi acceptum 30. ss. de Iudic. Ut autem hodie per magistratus citationem litis inducatur pendentia, sex ponit requisita Myns. cent. 4. observ. 26. IV. EXC. NOVATORUM opposita iis, qui pendente lite decreta iudicium vel superiorum, per supplices libellos impetrare, vel propria machinatione, nova quædam, non quidem iudicij mutandi, sed intentionis sue obtinendæ causa, moriri conantur I. Supplicar. 2. & t. t. C. Ut lite pendente &c. nulli liceat imp. supplic. I. Nimis propere I. C. de Exc. rei jud. Nov. n. 3. pr. & c. I. c. si ii. 2.

Vt

Vt lite pend. nihil innov. in 6. Noviss. Imperii Re-cess. de anno 1654. §. Und wen gegen die.

L V. V. Exc. PRAEJUDICIALIS excludens actionem, per quam alii, vel jam instituta vel mox instituenda actioni præjudicium fieret. I. Hæc actio I. ss. famil. ercisc. l. 13. 16. 18. & 21. ss. de Exc. l. Per maiorem 54. ss. de Judic. VI. PRIMAE INSTANTIAE locum inveniens, quando præterito inferiore atque immido judice, coram quo causa prius erat excutienda, ante sententiam interpositamque appellationem, aditur judex superior & mediatus. Nov. 17. c. sit tibi 3. in f. VII. APPEL-LATIONIS NON DEVOLUTAE, profluens ex causis, propter quas appellationes non recipiuntur; veluti, quod appellans mandatum non habuerit c. Autoritate 4. §. Inhibemus de privileg. in 6. aut ab eo provocaverit, a quo appellare non licet I. Tractand. I. ff. A quib. appell. non lic. I. præfeti 17. ss. de Minor. aut ad eum, ad quem appellatio fieri non potest, aut a causa, summa vel gravamine non appellabili Gail. lib. I. observ. 123. n. I. Marant. p. 6. de Appellat. n. 368. & seqq. Wesenb. in parat tit. ff. de Appellat. recip. vel non, facit quoque Noviss. Recess. Imperii §. Würde sich aber achtings. IIX. APPELATIONIS DESERTAE, promanans ex neglectu fatalium appellationis interponenda, introducenda & prosequenda Auth. Hodie autem C. de Appellat. c. personas 4. X. de Appellat. Ex noviss. vero Constitutione Imperii de anno 1654. na-scitur etiam hæc exceptio, si appellans principalis una cum citatione compulsoriales non petierit. §.

Degglei-

Desgleichen sollen, vel acta priora a iudice inferiore intra 30. dies, a die interpositæ appellationis, ante decretas compulsoriales non requisiverit. d. *Recess. §.* Ob er schon die Urtheil, vel ab eodem die appellationis, intra quadrimestre spatum eam non introduxerit, citationemve adversario non insinuaverit §. So dann soll sich der appellant. Huc spectat quoque §. Zumahlen aber iederzeit.

LVI. Circumstantiæ loci & temporis pariunt exceptiones dilatorias sequentes I. LOCI NON TUTI, quæ competit reo ad eiusmodi locum citato, quo absque evidenti rerum suarum, corporis, vitiæ vel famæ periculo pervenire non potest, ad hoc, ut salvus conductus concedatur, vel ejus ope deficiente, locus vel tempus iudicij mutetur, I. *Metus* 3. ff. Ex quib. caus. maj. l. Sed sciend. 7. + l. seq. 8. l. *Facta* 63. §. 7. ff. ad SCtum. Trebell. c. ex parte 47. X. de Appellat. Joh. Georg. Bechr. tr. de securit. Et salvo conduct. c. I. th. 19. II. TERMINI ANGUSTI, quam ex æquitate meretur reus, temporis a iudice præfixi angustia, a comparitione, vel necessaria præparatione exclusus. *Auth. Offeratur C. de Litis contest.* Nov. 53. c. 3. Nov. 112. c. 3. c. *Defili* 1. c. *Exposuit* 4. X. de dilation. Causæ vero hanc exceptionem promerentes, ejusmodi esse debent, ut vel juramento confirmari possint & debeat d. *Recess. Imp. de anno 1654. §.* Wehre es dann, daß die Sache. III. FERIARUM, quæ competit ad diem feriatum citato, ad effugiendam contumaciam pœnam, eiusve, quod contra ipsum absentem judicatum est, rescissionem t. t. ff. Et C. de feriis

feriis c. Omnes dies i.c. Conquestus est s. X. de feriis, Ordin. Cameræ Imper. p. 2. tit. 33. Von Vacanz und Frieden Sch. Wanthem. process. Cameral. lib. I. c. 25. Wesenb. parat. ff. de feriis n. 7. His tanquam generalissimam omnium addimus exceptionem **NULLITATIS**, qua reus judicium, ut nullum impugnat, auctoremque vel judicem neglecto juris ordine, adeoque nulliter processisse contendit: Quam ad unguem persecutus est Sebas. Vantius in tr. de Nullit. Process. & sentent. De hac quoque exceptione notanda sunt ea, quæ habentur in Instrum. Pacis Osnabrugg. de anno 48. n. §. Sententia.

L VII. Ab ipsa causa principaliter petuntur dilatoriae exceptiones. **PLUS PETITIONIS**, qua reus contra auctorem plus re, tempore, loco vel causa petentem uritur, eum in finem, ut si plus tempore petat, induciæ duplicantur, expensæque restituantur; sin reliquis modis plus fuerit petitum, ut triplum damni inde emergentis ab auctore consequatur §. Si quis agens. 33. 34. 35. & §. Tripli 24. Inst. de Action. §. Temporales 10. Inst. de Exc. l. 2. & t. t. C. de plus petit. Ex hodierna vero consuetudine, plerumque plus in iudicio petentium poena haec esse solet, absolutio rei ab instantia atque observatione judicij, auctorisque in expensas condemnatio, salvo interim manente jure actionis, justo & debito modo, ac tempore in iudicium reducendæ, Matth. Coler. p. 2. decif. 265. n. 3. SPOLII, quæ proficit reo intra 15. dies prebenti, se ab auctore, vel in criminalibus a quocunque spoliatum esse, ne ad libellum iudicii exhibitum, prius respondere teneatur, quam

quam ip̄i res ablata fuerit restituta c. Conquerente
 7. X. de Restitut. Spoliat. c. Cum dilectus 2. c. super
 spol. 4. X. de Ord. Cognit. c. Frequens. 1. pr. de Re-
 stitut. spoliat. in 6. Clem. un. de caus. possess. & pro-
 priet. Redintegranda. q. c. 111. Atque h̄c regu-
 lariter ita se habent, quoniam dantur limitationes
 eius aliquæ multæ, ubi reus, non habitare ratione spo-
 lii, respondere tenetur, quas recensem vid. Ber-
 lich. conclus. 21. p. I. n. 45. & seqq. usque ad 64.
LEXC. MORATORIA, quæ reo, iure singulari ex re-
 scripto principis acquisita, præstat securitatem con-
 tra creditores, ne durante dilationis tempore, de-
 bitum ab eo efficaciter exigere possint 1. Quoties
 2. l. Vniversa 4. C. de precib. imp. offer. Eiusmodi
 quoque generalis exceptio moratoria concessa est
 debitoribus, proxima belli tempestate facultatibus
 lapsis, vel alias ad animam usque, non tamen sua
 culpa, obvratis, Novissima Lege Imperii de anno
 1654. §. Nachdehme auch, & quidem, ne integra
 fortis, vel etiam quartæ partis usurarum solutio, in-
 tra decennale spatium a dato d. Recess. computan-
 dum, exigi possit. §. Jedoch fürs ander & seq.
 it. §. Würde aus erstgedachten secund. distinct. hu-
 ius L. Noviss. ab Ampliss. Dn. Præf. datam in publi-
 ca l. ejus interpretatione. Idem tamen in §. Da-
 mit aber gleichwohl & seqq. septem modis restrin-
 gitur, qui ibi videri possunt.

LIXX. Exc. EXCUSSIONIS sive ORDINIS;
 qua intendit reus, prius esse conveniendum & ex-
 cutiendum principalem secund. Auth. præsente C.
 defidejuss. Nov. 4. c. si quis igitur, t. Idque de jure
 proce-

procedit, nisi debitor principalis, vel longo terrārum intervallo absit, d. Nov. 4. c. 1. vers. si vero, vel naturaliter tantum obligatus fuerit l. Marcellus 25. ff. de fideiuss. vel omnibus facultatibus lapsus sit l. Nam. is 6. ff. de dol. mal. Vel etiam, nisi fideiussor huic beneficio renunciaverit, seseque principalem debitorem, als einen Sachwältigen, oder selbst schuldigen Bürgen constituerit l. si quis pen. C. de pac. aliasque limitationes plures vide apud Mynsing. cent. 2. observ. 15. Gail. lib. 2. obser. 27. & 28. Jacob Thöming. in Decisi. Quæst. illustr. quæst. i. n. 4. & seqq. Exc. DIVISIONIS, cuius beneficio reus, plures habens unius ejusdemque causæ confideiussores, se tueri potest, ne in solidum excutiatur, sed secundum Epistolam D. Hadriani obligatio inter idoneos pro rata dividatur §. si plures 4. Inst. l. inter 26. 27. 28. ff. l. Non recte 3. in in f. l. fideiussor. 10. §. fin. C. de fideiussor. l. fin. C. de constitut. pecun. Quamvis autem hæc duæ exceptiones, si principalis, vel fideiussores reliqui solvendo sint, fiant peremptoriae: cum tamen eius contrarium eadem facilitate contingere possit, vel saltem illorum idoneitas plerumque in obscuro, quinimo præsumtio haec tenus pro auctore sit, quod omnia jure ab eo fiant; non dubitavi eas inter dicatorias haec tenus referre. C E D E N D A R U M ACTIONUM Exceptio, quæ conceditur fideiussori in solidum convento contra creditorem, ne cogatur ante solvere, quam ipsi actiones in principalem & reliquos, si qui sunt, fideiussores cedatur l. Vt fideiuss. 39. ff. l. Cum alter u. C. de fideiuss. Nov. 4. t. l.

i. in fin. Quando & quatenus contutori competit, vid. in Observ. Exc. Dn. Præs. ad Wesenb. tit. de administrat. & peric. tutor. n. 9. INVENTARIIS NONDUM CONFECTI, quam nova Justiniani Constitutio C. de Jure deliber. suppeditat hereditibus, ne si res præsto sint, intra trimestre, vel si absuerint, annale spatium, ad inventarii confessio- nem indultum, a creditoribus hereditariis cum effectu conveniri; vel exigi queant, *i. fin.* §. 4. C. de Jure deliber. Hujus igitur beneficii indiligen- tibus cavendum erit, ne ante memorata tempora inventarium perficiant.

LIX. ATQUE HAEC HACTENUS DE EXCE-
PTIONIBUS DILATORIIS, PRO RATIONE
INSTITUTI NOSTRI DICTA SUFFICIENT,
AGENDUM JAM NOBIS PORRO ERIT DE PER-
EMPTORIIS.

LX. PER E M P T O R I A E, AUT CERTUM
QUODDAM FACTUM, AUT ACTIONEM STRI-
CTO QUIDEM JURE SUBSISTENTEM, SED AE-
QUITATIS RATIONE INJUSTAM CONCER-
NUNT.

LXI. FACTUM RESPICIUNT SEQUENTES:
1. EXCEPTIO SOLUTIONIS, 2. NOVATIONIS,
3. DELEGATIONIS, 4. ACCEPTILATIONIS,
5. SOLENNIS OBSIGNATIONIS, 6. COMPENSA-
TIONIS, 7. CONFUSIONIS, 8. SUB- ET OBRE-
PTIONIS.

LXII. SOLUTIONIS EXC. est defensio, *qua*
reo, sive principalis, sive fideiustori, in facto solu-
tionis se fundati competit adversus actorem, con-

tra bonam fidem iterum exigentem, quod iam tum
solutum est, ad hoc ut petitio illius prorsus exclu-
datur ac perimitur, *Pr. Inst. Quib. mod. tollitur
oblig. l. Stichum 95. §. Naturalis 4. l. Stipulatus 9.
§. 4. ff. de solut. l. Omnes 29. ff. de Exc. l. Bona fides
57. ff. de R. I. NOVATIONIS exceptio datur debito-
tori, per expressam novae obligationis constitu-
tionem liberato, adversus creditorem dissimulata
novatione debitum exigentem, §. præterea 3. Inst.
Quib. mod. toll. obl. l. 1. & 2. ff. de Novat. & Deli-
gat. DELEGATIONIS exceptio est ius, reo ex al-
terius debitoris semel approbata substitutione qua-
suum, excludens creditorem, postea nihilominu-
contra ipsum agere volentem l. Delegare n. l. 1.
ff. de Novation. ACCEPTILATIONIS exceptio
comparatur reo, ex solenni promissione credito-
ris debitum accepto ferentis, ne illud in posterum
ab eo exigi possit §. Item 1. & seqq. Inst. Quib. mo-
toll. obl. l. Acceptatio 1. l. An inutilis 8. §. 3. ff. &
Accept. SOLENNIS OBSIGNATIONIS, qua-
consequitur ex totius debiti justa oblatione, eiu-
que, si creditor recipere nolit, obsignati depositio-
ne, ad hoc, ne sortis vel usurarum nomine qui
quam ulterius creditori teneatur. l. Obsignatione,
C. de Solut. & Liberat. l. Si creditrici 6. l. Accepta-
19. C. de Usur. l. Julianas 13. §. offerri 8. ff. de A-
empt. COMPENSATIONIS exceptio datur re-
qui auctorem vicissim ex debito liquido, vel in co-
tinenti probabili, obligatum sibi habet, ad effugie-
dam aliis solutionis præstationem. §. Compensa-
tio 59. Inst. de Act. l. ult. C. de Compensat. l. Si*

*stat. C. eod. CONFUSIONIS exceptio obstat agen-
ti ex obligatione defuncti, cui ipse successit, l. Ut
debitum s. C. de hereditariis action. l. Cum a matre
14. C. de Rei vindic. SUB ET OBLIGATIONIS five
MENDACIORUM PRAESRIPTIO opponitur
mandatis, rescriptis atque inhibitionibus a princi-
pe, vel judge, per reticentiam veri, & suggestio-
nem falsi circa negotium principale impetratis, ut
revocentur, & actor in expensas contemnetur: l. Si
quis 29. ff. Ad L. Corn. de fals. l. Praescriptione 2. C.
Si contra ius vel utilit. public. c. super lite 20. c. Po-
stulati. 27. X. de Rescriptis.*

LXIII. EXCEPTIONES PEREMPTORIAE,
QUAE IPSAM ACTIONEM STRICTO QUIDEM
JURE SUBSISTENTEM, SED AEQUITATIS RA-
TIONE INJUSTAM CONCERNUNT ATQUE
INFRINGUNT, RURSUS SUNT IN DUPLO
DIFFERENTIA. ALIAE ENIM STATIM IN
INITIO, EX IPSO NEGOTIO PRINCIPALI,
EIUSQUE CAUSIS ET CIRCUMSTANTIIS NAS-
CUNTUR, ALIAE VERO EX NOVIS CAUSIS
EMERGUNT.

LXIV. PRIORIS GENERIS SUNT I. EXCE-
PTIONE DOLI. 2. METUS. 3. ERRORIS. 4. NON-
NUMERATAE PECUNIAE. 5. SCTI MACEDO-
NIANI. 6. VELLEJANI. 7. TREBELLIANI. 8.
INCOLPATAE TUTELAE.

LXV. DOLI exceptio alia generalis, alia spe-
cialis est, illa regulariter competit reo, actione ali-
qua convento, quam per defensionis aequitatem in-
fringere potest l. *Qui aequitate 12. ff. de dol. mal. &*

met, except. Dolo enim facit, quicunque actionem movet, quam scit exceptione aliqua elidi posse 1. Palam est 2. §. 5. d. t. ff. de dol. mal. & met, except. Hæc, nimurum specialis nascitur ex dolo, qui in ipso principali negotio in judicium deducto commissus est §. verbi 1. Instrit. de Exception. METUS exceptio conceditur ei, qui gravi metu compulsus aliquid fecit, omisit, vel passus est. 1. Si quidem 9. de contrab. stipul. 1. Dolo 5. C. de inutil. stipulat. 1. Metum. 6. ff. Quod metus causa. Quamvis autem hæc propter violentiam, cui dolus inesse creditur, 1. Item si 14. §. Eum 13. ff. Quod met. caus. sub generali doli exceptione contineatur, hanc tamen illa longe utiliore esse statuo per 1. Apud 4. §. 33. ff. de dol. mal. & met. exception. Rationes brevitatis gratia discursui reservamus. fac. ad hanc exception. Instrum. Pacis Osnabrugg. de anno 48. n. 4. §. Debita. NON NUMERATAE PECUNIAE exceptio patet debitori biennium, creditori vero ad triginta dies usque, si scriptura quadam confessi sint, se certam pecunij summam accepisse, quæ tamen ipsis numerata non est, ad repetendum, vel annihilandum chirographum, vel apocham. §. unic. Inſt. de Lit. Oblig. §. Idem juris 2. Inſt. de Exception. 1. Si intr. 8. l. Adseveratio 10. l. In contract. 14. C. de non num. pecun. Riemer Quest. Iurid. illusir. decad. 10. quest. 8. & Magnif. Dn. Frantzkius exerc. 10. quest. 19.

LXVI. Exceptio SCTI MACEDONIANI opponitur iis, qui scientes filiis familias in potestate constitutis, absque parentum consensu mutuam dedere

dere pecuniam, ad effugiendam restitutionis necessitatem §. illud proprie 7. Instit. Quod cum eo, qui in alien. potest. i. t. ff. & C. de SCto Maced. Consensus autem adesse intelligitur, sive ille sit antecedens, sive concomitans, sive subsequens, nec requiritur quoad certam speciem actus, sed sufficit illius substantia: Imo vel ex verisimili, & honesta ratione præsumptus consensus, patrem scilicet hæc talia jussurum, approbaturum, vel saltem ex pietate paterna non improbaturum. Hinc non obstat hæc exceptio mutuo studiorum causa contracto l. Item si 7. §. 13. ff. l. Macedoniani s. C. ad SCtum Macedon. Quod de consensu semel monendum duxi, quum in aliqua multis except, locum inveniat. Exceptio SCTI VELLEIANI competit mulieribus quæ pro aliorum obligatione intercesserunt, ne eo nomine promissum ab illis exigi possit. & ff. & C. de SCto Velleian. Exceptio SCTI TREBELLIANI, quæ datur heredi scripto adversus fideicommissarium, totius hereditatis restitutionem postulantem, vel actiones pro rata subire nolentem l. Sed et si 28. §. 1. ff. de Iudic. l. Praetor ait. i. §. 8. ff. Quaud. de pecul. act. annal. §. Sed quia 7. Instit. de fideicommiss. hered. l. Ad eum 2. C. ad SCtum Trebell. Exceptio INCULPATAE sive MODERATAE TUTELAE, quam ipsum ius naturæ suppeditat reo, qui vim atque injuriam vel imminentem, vel iam illatam, vi, ita ex continenti repulit, ac se suaque defendit, ut culpa nulla, vel ante defensionem, vel in ipsa, vel post illam circa modum defendendi commissa, ei imputari queat:

queat. 1. Ut vim 3. ff. de Just. & Jur. 1. Scientiam
45. §. 4. l. Si plagis 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. 1. Recte
1. C. Vnde vi l. Prætor. 1. §. vim. vi 27. l. Quod est
3. §. eum 9. ff. de Vi & vi armat. 1. Isti 8. §. ult. ff.
Quod metus causa l. Quoniam 6. C. ad L. Jul. de Vi
publ. l. Furem 9. ff. ad L. Cornel. de sic.

LXVII. POSTEA EX NOVIS CAUSIS REI
JAM CONSTITUTAE SUPERVENIENTIBUS
EXISTUNT I. EXCEPTIO PACTI DE NON PE-
TENDO. 2. JURISJURANDI, 3. TRANSACTIO-
NIS, 4. PRAESCRIPTIONIS, 5. INVENTARI
CONFECTI, 6. REI VENDITAE, 7. NONDUM
SOLUTI PRETII, 8. REI JUDICATAE.

LXVIII. Exceptio pacti de non peten-
do, excludens actorem potentem id, quod pacto
perpetuo, sive expresso, sive tacito, remisit §. Præ-
terea 3. Inst. de Exception. l. 1. pr. l. 7. §. 7. l. Si
unus 27. §. 2. ff. de pact. Bachov. ad Treutl. vol. 2.
disp. 26. th. 6. lit. B. Exceptio JURISJURANDI
competit, quando vel plane extra judicium, vel
coram prætore, in iure ante litem contestatam ju-
ratum est, actor tamen eo non attento, litem ma-
litiose resuscitare velit §. Aequa 4. Inst. de Excep-
tion. l. Ait prætor. 7. ff. de Jurejur. Quod si ve-
ro jusjurandum necessarium sive suppletorium, vel
etiam judiciale præstitum sit, non hæc, sed rei ju-
dicatae exceptio nascitur, quoniam illa juramenta
sequi solet sententia. Bachov. ad Treutl. vol. 2.
disp. 26. th. 6. lit. C. Nobiliss. Dn. Struve in Syn-
tagm. Iurispr. exerc. 17. th. 51. & 53. Exceptio
TRANSACTIONIS, quæ opponitur actori, qui
trans-

transactioni legitime initæ contravenire nititur 1.
Fratris 10. l. Cum proponas 17. C. de Transact. We-
senb. in parat. ff. de Transact. n. 7. PRAESCRIB-
PTIONIS exceptio ex civili ratione, ne dominia
sint incerta, contra negligentes introducta, com-
petit reo, qui rem non vitiosam, & justo titulo
acquisitam, per certum, ac a lege definitum tem-
poris spatium, bona fide & continuo possedit. 1.
Iustas 6. C. de Iure fisci lib. 10. pr. Instit. Et t. t. de
Vsucap. Et long. temp. praescript. titt. aliqua multis
ff. Et C. de Vsucaptionibus Et Prescriptionibus c. Vi-
gilanti s. Quoniam fin. X. de prescription.

LXIX. Exceptio INVENTARI CONFECTI
datur heredi, qui cum beneficio inventarii heredi-
tatem adiit, vel sese immiscuit, quo facto, heredita-
tis nomine ultra vires heredis, nemini tenetur. 1.
fin. G. de Iure liber. REI VENDITAE conceditur
emotori, eiusque successoribus tam singularibus,
quam universalibus, contra venditorem eiusque
successores, qui rem suam, vel alienam a se, vel an-
tecessore venditam, postmodum autem a vero do-
mino quæsitam, vindicare volunt. 1. 1. pr. Et t. t. ff.
de Exception. rei vend. Et trad. NONDUM SOLU-
TI PRETII, quæ emotori, rem ante pretii solu-
tionem, vel realem oblationem petenti obstat, 1.
Julianus 13. §. offerri 8. ff. de Act. empt. 1. Quod si
31. §. 1. Si servus 57. pr. ff. de Ædil. editl. Nov. 136.
c. 3. Gail. 2. obs. 17. per tot. REI JUDICATAE
exceptio est jus, reo ratione externa quæsitudin ex
solenni sententia, lapsu fatalium confirmata, quo
actorem eandem rem, ex eadem causa, ab eodem

petentem a limine iudicij submovere potest. §.
Item si 5. Instit. de Except. l. Singulis 6. l. 7. §. 4. l.
12. l. 13. & l. 27. ss. de Exception. rei judic. ubi simul
el-gans huius exceptionis ratio redditur l. Julianus
3. l. si deposita 4. 4. C. Deposit. Eadem vero no-
bis dicitur persona sensu non tantum physico, sed
& juridico, quo heres, sive successor, tam univer-
salis, quam particularis cum defuncto, quem repre-
sentat, vel antecessore eadem censetur persona, Ex-
cell. Dn. Eichel in Colleg. ad ipsas ll. Pandectarum
privato ad tit. de except. rei judic.

LXX. Atque ita ipsam exceptionum naturam &
essentiam in actu, ut philosophi loqui amant, signa-
to contemplati sumus; age vero accedamus jam
tribunal praetoris, & quomodo tam dilatorix, quam
peremtoriae in foruin introduci debeant, investige-
mus. Quam partem alteram Disputationis nostrae
fecimus th. 7. quod circa hunc actum illarum
exercitium diversissimæ a prioribus occurrant in-
spectiones, concernentes rationem iis in iudicio
experiundi.

LXXI. Exercitium autem hoc consideratur,
vel respectu rei, vel respectu judicis. Reum quod
attinet, requirimus 1. ut ratione personæ suæ talis
sit, qui exceptionem in iudicio exercere possit, 2.
ut illam actu ipso proponat, 3. ut aptam oppo-
nat, 4. negatam prober, & 5. denique probatam
tueatur.

LXXII. Primum requisitum respicit qualita-
tem personæ rei; ea enim legitima, seu talis esse
debet, quæ in iudicio stare possit: siquidem ad ex-
ceptionis

ceptionis exercitium non sufficit reum esse, exceptionemque competere, & competentem in judicium deducere velle, sed insuper potestas necessaria est; quæ cum duplex sit, naturalis & legalis, hinc ab illius exercitio removentur quidam natura, quidam lege. Natura, quicunque vel ob animi imperfectionem facultate intelligibili naturaliter destituuntur vel alio quodam vitio, quod actui huiusmodi officiat, laborant, quales sunt infantes, infantæ proximi, furiosi, muti, surdi &c. Lege arcantur, qui non tam ob defectum naturalis potestatis, quam aliam aliquam rationem a judicio removentur; cuius generis sunt, qui aliquando intentionem auctoris simpliciter negarunt, l. Sed hoc 22. §. 1. ss. de judic. l. 1. §. 15. ss. si quadrupes paup. fec. Auth. Contra qui propriam C. de non num. pecun. Nov. 18. c. 8. Qui pacti sunt de hac vel illa exceptione in specie nunquam utenda l. Sed et si 4. §. 4. ss. Siquis caution. in jud. Qui pecuniam dererunt ad corrumpendum judicem, aut adversarium l. Constitit. t. C. de pœnis jud. qui male jud. per sa, que ibi Gothofr. notat ad verb. Actionem.

LXXIII. Excusa hoc modo rei persona, & quando jam nullam ob causam a judicio & exceptione submoveri potest, porro jam & (2) rei partes sunt, ut illam actu ipso in judicio proponat. Facti enim sunt exceptiones, adeoque judex eas omissas regulariter supplere non tenetur, sicut ostendimus supra th. 32.

LXXIV. Diximus (3) ad reorum curam pertinere, ut aptam proponant, idque non tantum redi

spectu

specie negotii principalis, quatenus ea ad inventionem & partem priorem disput, nostræ pertinet, sed & respectu processus; quomodo apta dicitur exceptio (1) ratione modi eam in judicio propoundendi, (2) ratione temporis.

LXXV. Ratione modi proponendi ut apta sit exceptio, requiritur (1) ut clare & perspicue proponatur, Reichs-Abschied de anno 1654. §. Es solle auch hinsüföro in denen, cum obscura nullius sit momenti l. Titi. 36. in pr. ff. de Leg. I. l. 1. §. Labes ff. de fluminibus & obscure excipere, sit nihil excipere arg. l. de etate n. §. nihil interest ff. de interrogat. in jure fac. Hinc eiusmodi exceptio non tantum facile a limine judicii removeri potest, verum etiam in contractibus officium suum perdit: in his enim exceptum non censetur, quod non appareat l. In lege fundi 77. ff. de Contrab. empt. (2) Ut in specie &, si fieri potest, nominatim opponatur exceptio, ut jus & causa defendendi inde constare possit. gl. in c. cum venerabilis X. de Except. l. Itaque 48. ff. de procurat. Lanfranc. de Orion. in pr. c. 4. de Exc. n. 8. & 12. In genere vero proposita nihil prodest; perinde enim est, ac si nulla fuisset proposita, l. Scire oportet 13. §. 8. ff. de Excus. tutor. l. 2. §. 1. ff. de dol. mal. & met. exc. c. Pastoralis X. de Exception. Quod usque adeo verum, ut nec postea exceptio generaliter proposita declarari possit. Clement. Constitutionem 4. §. Ceterum de Elect. nec illius renunciatio vim habeat speciales exceptiones excludendi, nisi & illis specialiter & nominatim

minatim sit renunciatum 1. Sed et si quis 4. §. quæsumitum ff. Si quis caution. 1. Si quis mihi 25. §. 5. ff. de Acquir. heredit.

LXXVI. Nihil autem (3) contra modum peccatur, sive in scriptis, sive viva voce introducantur exceptiones, modo ad acta referantur. Wes. ff. b. n. 9. Rosbach. tit. 39. n. 12. Nisi forte per modum actionis proponantur, ut in exceptione non numerata pecanix, quo casu in scriptis recte producitur. Lanfranc. de c. 4. de exception. n. Ex Ord. vero Cameræ Imperialis omnes exceptiones tam dilatoria, quam peremptoria in scriptis erant proponendæ part. 3. tit. 15. §. und ernstlich so viel it. p. 3. tit. 27. quod tamen iterum, quoad dilatoria, correctum videtur in Recess. Imperii novissimo de anno 1654. §. Währe es dann, daß die Sache ubi earum propositio viva fieri voce permittitur.

LXXVII. Nec (4) contra modum est plures proponere. Reus enim pluribus exceptionibus uti non prohibetur. l. 5. l. 8. ff. b. c. Nullus 20. de Reg. Iur. in 6. Ita, ut licet aliquam omiserit, vel in unius probatione defecerit, ad aliam tamen confugere, ipsi nihilominus sit integrum: veluti post exceptionem pacli de non petendo ad exceptionem compensationis, rei judicatæ, aut similem, ei recurrere licet. l. Nemo ex his 43. ff. de R. I. Quinimo non tantum diversas d. l. 8. ff. b. t. sed & præcedenti assertioni contrarias disjunctionem proponere potest, Zang. p. 3. c. 26. n. 336. Peretz. ad tit. C. de Exception. n. 28. modo

sint

sint compatibles in facto, seque invicem non destruant, v. c. si reus dicat; vim non feci, vel si me fecisse legitime probaveris, juste me ob imminenter periculum fecisse assevero, in eumque casum, exceptionem justæ defensionis, seu inculpatæ tutelæ mihi reservo. Nec obstat nobis d.

43. §. ult. ff. de Reg. Jur. quod quoties concurrant plures actiones ejusdem rei nomine, una qui experiri debeat, quodque in judiciis inter reum & actorem æqualitas sit servanda, nec uni concedendum, quod alteri non liceat, l. Non debet 41 ff. de Reg. Jur. Est namque hac in parte longe diversa ratio actionis atque exceptionis; quoniam illa ab auctore præmeditata solet ac debet institui. Quod si igitur minus commodam elegerit sibi imputet, cum, quod fuerit in arbitrio ejus, quando voluerit experiri, tum, quod debeat antem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere, l. Qui in alterius 42. ff. de Reg. Jur. Hæc vero nimirum exceptio a reo imparato, a sepe in judicium pertracto, est proponenda. Unde misera esset reorum conditio, si una tantum defensione iis uti liceret; præsertim, cum de danno vitando certare soleant. Quod & ipsius partes favorabiliores facit, l. In eo 23. l. Non debet 41. §. l. ff. de Reg. Jur. eumque a vulgari regula contraria allegantem non esse audiendum, eximit.

LXXXIX. Huc (5) referenda quæstio est, quomodo plures exceptiones debeant proponi. Distinguendum putamus inter jus vetus, novum & novissimum. Jure veteri erat in manu rei utrum

utrum simul & semel, an vero diversis temporibus eas allegare vellet, nec ne, præsertim, si judicium esset bona fidei, l. præscriptione t. Siquidem C. b. l. l. 19. de probat. arg. l. fin. §. de hered. petit. Berlich. p. 1. conclus. 18. Carpzov. p. 1. Jurispr. for. constit. 3. defin. 1. Nisi forian ad opponendum illas certus fuisset præfixus terminus, intra quem omnes proponi debeant. Lanfranc. d. c. 4. per. c. Pastoralis. X. de Exception. Jure novo, puta, secundum Ordin. Cam. Imperialis, & quosdam Recessus Imperii, exceptiones dilatoriæ simul & semel in suo termino, peremptoriæ eodem modo, sed in alio termino sunt proponendæ. De his textus est in Ord. Cam. p. 3. c. 27. §. Und solle[n] solche, de illis p. 3. c. 24. §. Und sollen auf solchen Termin. Jure denique novissimo, puta, Recessu Imperii Ratisbon. de anno 1654. constitutum est, ut tam dilatoriæ, quam peremptoriæ, simul & semel, in uno eodemque termino, a reo in judicium deduci debeant, & quidem sub poena præclusi. d. Rec. §. Es soll auch hinführo. Add. Et Compend. Juris Cum. novissimi ex Instrum. Pacis & d. Recessu Sprengerit tit. de foro competente p. m. 12.

LXXIX. Sexto ad modum exceptiones in iudicio proponendi atque exercendi, pertinent earum conceptiones sive formulæ. Harum enim iure Romano veteri, in stricti juris iudiciis tanta erat necessitas, ut nisi a prætore fuissent impetratae, postea coram judice pedaneo propositarum exception, nulla fuerit habita ratio, etiamsi reus ad

ad earum probationem se obtulisset; cum iudex in judiciis strictis formulam a praetore prescriptam praeceps sequi teneretur. In bona fidei autem iudiciis earum conceptio non erat usque adeo necessaria; quoniam iis inesse credebantur, l. Emptio 3. ss. de rescind. vendit. l. Sed et si 21. ss. solut. matrimon. l. Huiusmodi 84. §. qui servum 5. ss. de Leg. 1. Excell. Dn. Struve in Syntagm. Jurisprud. de dolo malo th. 33. Hinc licet coram praetore non essent propositae, si tamen merita causae spectarent, poterant nihilominus postea coram iudice pedaneo in judicium introduci, qui illas ex officio exequatur, ac si formulae insertae fuissent, admittere tenebatur, l. plane 38. l. fin. ss. de hereditate petit. Exempla formularum habentur in II. passim: sic l. Ait praetor l. §. 16. de flumin. talis habetur: Extra quam si quid ita factum sit, uti de lege fieri licuit l. Si vitem 22. §. 2. ss. Quod vi auctor. haec resertur: Si non vi, non clam, nec precario feceris. Eadem fere est in l. Si alius 7. §. 3. ss. eod. l. 1. §. 1. ff. famil. exercit. Si in ea re, quae agitur, praetudicium hereditati non fiat. Cum qua fere convenit, quae habetur in l. sed et si 25. §. 17. ss. de hereditate petit. Alia adhuc est in l. 10. ss. de pignorib. Et hypoth. Præterea harum formularum vestigia deprehenduntur in aliqua multis II. ut in l. 13. 14. 16. 18. ss. h. t. l. 25. Et 39. ss. de Act. empt. Et vend. l. 48. ss. de procurat. l. 17. §. 1. Et l. fin. §. 2. ss. ad Sctum Vellejan. l. 15. ss. de Oblig. Et Act. l. n. §. 2. ss. de Exc. rsi jud. l. 17. §. fin. ss. de Tress. act. l. 14. in fin. Et 17. ss. de publico.

public. in rem act. l. 22. §. 1. ff. de damno insect. l. 7. §. 1. ff. de Curat. furios. &c. Ex his itaque apparet, exceptiones sub conditione plerumque fuisse conceptas, & per modum conditionis formulae insertas, quae etiam causa est, quod exceptio ipsa ab hoc modo proponendi in jure nostro dicatur conditio, l. 22. pr. ff. b. t.

LXXX. Sublato non tantum formularum usu t. t. C. de formul. & impetrat. subl. l. 2. C. de pedan. judic. sed etiam more exceptiones articulatim proponendi, qui alias Iure Camerali erat receptus, Ord. ejusd. p. 3. c. 27. it. Cammergerichts process. part. 7. tit. Von dem dritten und andern nachfolgenden Terminen §. Im fall aber, hodie perinde est, quibuscumque verbis in judicio proponantur; si modo ex iis jus exceptionis competere intelligi possit. Qua fini consultum erit reo exceptionem expresse, per verba actum significantia, opponere, v. c. Thue ihm dero wegen die Excéptionem Compensationis bester maß rechtens hicmit opponiren. Nobil. Un. Präi. in Obs. ad Wesenb. b. t. n. 9. nihilominus tamen sufficere potest simplex orationis contextus, quo per nudam facti narrationem jus exceptionis judicii expohatur, teste Wesenb. in parat. ff. b. t. n. 9. Novissimo denique Recess. Imperii Ratishon. de anno 1654. expresse constitutum est, ut tam actio, quam exceptio in posterum non articulatim, sed summarie, clare & distincte, nudam tantum atque nervosam facti speciem referentes proponi debeant, §. Diesem mehst nun behm dritten,

dritten. Formulas alias hic transcribere, nihil attinet, possunt illæ peti ex processu Civ. Emer. a Rosbach. tit. 40. n. 56. & seqq.

LXXXI. Ratione temporis apta, vel legitima est exceptio, quando justo tempore in iusticio proponitur. Hoc autem ut definiatur, distinguendum erit inter processum ordinarium, & extraordinarium, quorum hic rursus vel est summarius, vel executivus. Ordinarius processus est, in quo secundum solennem ordinem & formam a jure prescriptam proceditur, & constat ex tribus partibus; quarum prima occupatur circa judicij preparatoria, secunda circa causæ cognitionem, & tertia circa sententiam ejusque executionem, ut ex Ordine tit. lib. 2. Decretal. & sanctissima constitutione l. Properandum 13. C. de Judiciis patet. Hanneton. de form. Ord. judic. p. 1. c. 1. n. 14.

LXXXII. His ita expositis, videndum jam erit, quando in processu ordinario exceptiones sunt allegandæ, qua fini tres statuo conclusiones, I. hæc erit: OMNIS EXCEPTIO DILATORIA REGULARITER ANTE LITIS CONTESTATIONEM EST OPPONENDA, l. ult. & penult. C. b. 1. l. Exceptionem 19. C. de probat. l. filiusfam. §. §. 2. l. Pomponius 40. §. Ratihabitionis ss. de procurator. c. Inter 20. X. de Sent. & re judic. c. Cum causam 62. X. de Apellat. Ord. Cam. p. 3. c. 26. §. Und so nach. Marant. p. 6. membr. 9. n. 8. Me noch. de arbitr. jud. quest. c. 246. n. 1. Zang. d. pr. p. 2. c. 22. n. 2. Noviss. Recess. Imperii de anno

1654.

1654. §. Es solle auch hinführo. Cujus præcipua ratio a fine harum exceptionum petenda est, qui in eo consistit, ut principalis negotii cognitio, adeoque judicium ipsum ad tempus differatur. Si-
ve enim contra judicem, seu ipsius jurisdictionem quicquam objiciendum erit, sive contra litigato-
rum, vel intervenientium personas, sive contra ipsam actionem, semper tamen reus hoc agit, ut judicium ipsum aversetur. Cum igitur respiciant judicij constitutionem, præpostere judicio jam constituto opponerentur. Hinc si reus neglecta dilatoriarum oppositione litem contestatus fuerit, jam earum fine excidit; quia per litis contestationem judicium ipsum in se suscepisse, ac dilatorias tacite remisisse censeatur, l. Ita deenun. 18. C. de procurat. l. 9. C. de Except. Hilliger, ad Donell.
lib. 22. c. 9. Quod si vero quis nihilominus ex-
ceptionem dilatorialem, inter exordia litis præter-
missam post litis contestationem opponere, eius-
que præposterae defensioni insistere voluerit, eum non tantum non audiendum, sed & insuper unius libræ auri condemnatiene multandum esse censuit Imp. Julianus l. si advocatus 12. C. h. Idque non tam propter illius oppositionem præposteram, sicut vult Sichard. ad l. 13. n. 4. C. de procurat. quam propter semel sub motæ ac rejectæ exceptionis pertinacem defensionem, sicuti patet ex d. l. 12. C. h. t. penitus introspecta.

LXXXIII. Dantur tanien a præmissa regula exceptiones: possunt enim etiam post litis con-
testationem dilatoria nonnullæ opponi atque

e

exerce.

exerceri. Quales sunt (1) quæ gravamen continent successivum, h. e. semper gravans, non momentaneum, ut exceptiones loci suspecti vel pa- rum tuti, feriarum, termini nimis angusti, c. ex pacto X. de Appellat. Gail. lib. 1. observ. 52. n. 3. Myns. cent. 2. observ. 73. Matth. Coler. in tr. de process. execut. p. 4. c. 1. n. 168. & seq. Zang. p. 2. c. 5. n. 3. (2) quæ post judicium cœptum, vel terminum præfixum ex nova causa sunt exortæ c. *Pastoralis* 4. X. de Exception. In his enim cessat ratio, quod reus per litis contestationem dilatorias videatur remisisse, quoniam tum temporis nondum existebant. Sic si lite jam ab alio contestata, novus procurator veniat ad causam dicendam, certe admittenda esset exceptio procuratoria, quod originem sumat post litem contestatam. Novis autem emergentibus, nova sunt adhibenda remedia, l. u. §. 7. ff. de Interr. in jure fac. Bartol. l. 2. C. de consortib. ejusdem litis. (3) quæ judicium retro reddunt nullum, ut sunt procuratricæ, quæ respiciunt defectum mandati l. Licet 24. C. de procur. Marant. part. 6. membr. 9. n. 10. Sichard. ad l. 13. n. 4. C. de procurat. & in l. 24. 6. eod. Dn. Carpz. Iurisprud. for. p. 1. constit. 11. n. 15. (4) Si per reum non stetit, sed per judicem forte, quominus ante litem contestatam fuerit opposita, Observante Nobiliss. Dn. Præs. ad Wesenb. tit. ff. de Except. n. 7. ad verb. Ante litem.

LXXXIV. Fallit præterea (5) si per ignoran-
tiam vel errorem facti alieni fuerint omissi, c. Pa-

storialis

floralis 4. X. de Exception. Myns. cent. 2. obs. 73.
& c. 5. obs. 89. Is enim nemini, adeoque nec
 reo nocere debet, *l. Error. 7. C. de Ignor. iuris*
& fact. Quoniam vero de iis, quæ in animo al-
 terius consistunt, non facile judicium fieri pot-
 est, hinc reus huic suæ assertioni, nisi aliter pos-
 sit, juramento fidem facere tenetur, *c. Cum in tua*
fin. X. Qui matrimon. accus. Noviss. Imperii Re-
cess. §. Wie ebenmäßig & §. Zumahlen aber jes-
derzeit. Atque ita intelligenda puto verba finalia
d. c. Pastorialis X. de Exception. Nam si error,
 vel ignorantia fuerit iuris, haud facile recipien-
 da erit exceptio; quandoquidem hæc non excu-
 sationem, *l. Cum ignorantia 2. C. de Ignor. jur. &*
fact. sed poenam meretur, *l. Regula 9. pr. ff. eod.*
De Jure Noviss. Recess. Ratisb. de anno 1654. reo
 quidem exceptionis per ignorantiam omissæ, etiam
 post litis contestationem oppositio conceditur, ita
 tamen, ut ad juramenti præstationem se offerat,
§. Wie ebenmäßig bey dem. it. §. Nächst diesem
solle. (6) Si tertius lite contestata interveniat, ei
 namque facultas opponendi exceptiones dilato-
 rias, qua contra judicem, qua actorein, eiusque
 intentionem adhuc est integra, Gail. lib. 1. ob-
 serv. 71. n. 8. Petr. Frid. Mindan. lib. 3. de con-
 tinent. caus. c. 8. n. 15. (7) Majoris excommu-
 nicationis exceptio etiam post litem contestatam
 opponi potest *c. I. X. de Exception. Perez. ad. C.*
b. 1. n. 7. (8) Et ea, de qua ante litem contesta-
 tam protestatio facta est *sæpe d. c. Pastoralis 4. X.*
de Exception. (9) Dilatoriæ intentionis & rei pe-

titæ, cum spectent merita causæ, etiam post tem contestatam locum invenire possunt, Wefsenb. parat. ad C. b. t. n. 7. & in supplem. Schneidew. tit. Inst. de Exc. n. 9. Zang. p. 2. 22. n. 13. quod ipsum tamen Joh. Baptist. Aſin in pr. jud. c. 1. §. 13. & Socin. in reg. 42. 126. aliquoties sublimitant.

LXXXV. Secunda conclusio hæc esto: EXCEPIONES PEREMPTORIAE POST LITE CONTESTATAM, JUDICIJMQUE ACCEPTU ANTE CONCLUSIONEM SUNT PROPOEN DAE. 1. Cum nondum 4. l. Præscriptionem 8. C. Exc. l. 2. C. sent. rescind. non poss. Ord. Cam. 3. c. 27. §. So der 1. Socin. reg. 26. Ratio e quoniam non agunt de judicio constituendo, se jam constituto finiendo, quodque respiciat ipsum principale negotium, quod ante litis contestationem disputari commode vix potest, c. de litis contestatione in 6. Ord. Cam. Imperialis 3. c. 26. §. Und sonderlich wollen Bartol. in Nam & postea. n. 2. ff. de Jurejur. Processu men veteri hæc paulo aliter se habebant. Cur enim prætor judici pedaneo certam formulam præscriberet, quam in stricti juris judiciis transgredi non auderet, necessarium erat, omnes exceptiones in illis quidem judiciis statim initio iure h. e. coram prætore l. penult. ff. de I. & ante litem contestatam proponere, qui, si illi juri atque æquitati convenientes judicaret, formulæ per modum conditionis inferebat; sin minus, statim in limine judicij rejiciebat. In bona fide

post
fidei autem judiciis, cum ei exceptiones inesse
crederentur, l. 3. ss. de rescind. vendit. l. Quæsi-
tum est 9. §. 1. ss. de distract. pign. l. Non recte 3.
C. de fidejussor. l. Sed et si 21. ss. solut. matrim. l.
hujusmodi 84. §. 5. de Leg. l. Dn. Struv. in Synt.
Jurispr. exerc. 8. tb. 33. quandocunque ad senten-
tiā usque definitivam opponi poterant, l. 38. l.
ult. ss. de hered. petit.

LXXXVI. Postmodum autem per Imp. sub-
lato formularum usu, dandique judicis pedanei
more, cum ipsi magistratus jussu Imp. quo dig-
nitatem eorum minuerent, de causis cognosce-
re, & judicare cogerentur, 2. C. de Judic. pedan.
l. 1. C. de formul. & impetr. act. subl. ipsorum
constitutionibus introductum est, ut initio litis
tantum contestandæ essent, l. præscriptionem 8. l.
siquidem 9. C. b. t. l. Emptor. 9. de prescript. lon-
gi temp. Verum & hic mos exceptiones initio
contestandi, & postea probandi, sequiori tem-
pestate paulatim in desuetudinem abiit, quodque
ante necessitate legum fiebat, postea cuiusvis li-
bero arbitrio est concessum, ita, ut licet initio
earum contestatio fuerit prætermissa, nihil omi-
nus tamen postea ad definitivam usque allegari
consueverint: Id quod & in judicio Camere Imperii receptum fuisse patet ex Ord. ejusd. p. 3. tit.
I. & 27. §. So der beslagte. Hoc igitur jure post litis
si illa contestationem erant opponendæ. A quo ite-
r, for rum divortium facere jussit Noviss. Imperiæ Re-
cessus de anno 1654. sicut infra th. 93. dicetur.

LXXXVII. Fallit tamen prædicta conclusio
in 4. exceptionibus litium finiendarum causa in
tructis, ut in except. rei judicatae, l. post re
56. ff. de re jud. c. i. de lit. contest. in 6. trans-
actionis, eod. c. i. l. Fratris 10. l. Interpositas
C. de Transact. Jurisjurandi. l. Num postea 9. p.
ff. de Jurejur. d. l. 56. ff. de re jud. non tantum
ejus, quod præstitum fuit ante litem contestata
coram Prætore in jure, sed & voluntarii, qui
extrajudicialiter a parte parti delatum est, si
soni credimus in l. 2. n. 4. & 9. de Jurejur.
præscriptionis exceptione l. Sive i. §. quod ait S.
natus 12. junct. ibi gloss. ff. ad SCt. Tertull. Bart.
in l. fin. ff. pro suo Wesenb. tit. ff. de Exc. n. 7.
Ampliss. Dn. Præs. ibi. Et hæc quidem 4. ex-
ceptiones peremptoriae præ reliquis traduntur
jure ita privilegiatae, ut & ante litem contestata
opponi, & oppositæ ulteriorem processum &
tis ingressum impedire possint, d. c. i. de lit. con-
test. in 6. Bachov. ad Wes. tit. ff. de Exc. n. 7.
verb. Quæ ideo.

LXXXIX. Sed Dd. privilegium hoc ad al-
quoque peremptorias extendunt, veluti ad ex-
ceptionem solutionis, Wesenb. in parat. ff. tit.
Exc. n. 7. cum Dd. ibi allegatis, & Ampliss. D.
Præs. in Observ. ibidem, item acceptilationis. Ba-
tol. in l. Eleganter §. Si quis post. n. 7. de Condi-
indeb. Rationem huius reddit modo laudat
Bart. in d. l. quod solutione atque acceptilationi
lis non minus dicatur finita, quam illis privilegiis,
per l. Cum quærebatur 13. circœ fin. ff. Judia-

tum solvi. fac. quoque l. Si reus 73. ff. de procurat.
 § 1. Si debitori 21. ff. de Judic. Idemque juris
 est in exceptione pacii de non petendo, sive ju-
 ramento confirmatum fuerit, sive non, teste gloss.
 In d. c. 1. de lit. contest. in 6. per l. Amplius non
 peti. ff. rem ratam haberi. Item in minore, qui
 in integrum restitutus est, l. Minor. 36. ff. de Mi-
 nor. In omnibus denique aliis peremptoriis ex-
 ceptionibus, per quas appetet de injustitia actio-
 nis, vel per quas concluditur jus actori non com-
 petere; cum sine actione nemo recte in judicio
 experiri possit. l. si pupilli 6. §. Videamus. fin. ff.
 de Negot. gest. si modo in continenti probari pos-
 sint, Berlich. p. 1. concl. 84. Sin altiorem requi-
 rant indaginem, post litis contestationem rejiciuntur,
 ac probationi reservantur, quod judicis
 arbitrio aestimandum relinquunt Menoch, de Ar-
 bitrar. Jud. quest. lib. 2. cent. 20. Gail. lib. 1. de
 pace publ. c. u. n. 8. § seqq.

LXXXIX. Tertia conclusio; EXCEPTIONES
 NONNULLAE ETIAM POST SENTENTIAM
 DEFINITIVAM COMMODE OPPONI POS-
 SUNT. Idque non tantum, quando per appella-
 tionem illa est suspensa; verum etiam tum, cum
 in rem judicatam abiit, & jamjam executioni est
 mandanda, Gail. 1. observ. 13. n. 6. Quod licet
 cuiquam *αρτονον*, praesertim de ratione juris ve-
 teris, videri possit; quoniam illa esset opponen-
 da, vel apud judicem, qui sententiam dixit, vel
 apud eum, qui pro executione quodammodo
 super actione rei judicatae datur. Ast apud illum

frustra videtur opponi, cum sententiam mutare non possit. Apud hunc non potest, cum nullam habeat jurisdictionem, *i. Si ut proponis.* *6. l. Exec.* *8. C. de Exec. rei jud.* nec ejus sit cognoscere, an bene, sed an judicatum sit, *i. Post rem 56. ff. de re jud.* Veruntamen illud in quibusdam exceptionibus contra stricti juris regulam, propter summam earum æquitatem, vel aliam quandam specialem rationem receptum est, ut etiam post sententiam valide opponi, & paratam executionem impedire possint. Unde etiam istæ exceptiones vulgo executionis impeditivæ audiunt, & præter dictam æquitatem, & rationem specialem, fundamentum habent in generali textu *i. 2. pr. ff. b. t.* ubi dicitur, exceptiones opponi actioni ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est. Per condemnationem autem non tantum futura, sed & prærita intelligenda est, ut significetur, exceptionem etiam excludere id, in quod reus jam condemnatus est: sicut hunc text, interpretatur Nobiliss. Dn. Praeses in Observ. ad Wesenb. b. t. n. 3. verb. *Exclusio.* Deinde, in specie aliqua multæ per totum ius nostrum hinc inde reperiuntur disperse, ac propriis suis sedibus fundatae. Sic de except. SCti Macedoniani & Vellejani est in *i. Tamen 11. ff. de SCto Macedon.* quod in judicio prætermissa, nihilominus post sententiam objici possint. De excep. competentiæ, ne v. c. parens, maritus, socius, vel donator ultra, quam facere potest, præstare teneatur, est in *§. Sed et si 38. Inst.*

de

de Act. l. ex diverso 17. §. fin. ff. solut. matrim. l.
Nesennius 41. l. Patronus 17. l. Miles 18. ff. de re
judic. l. Qui id quod 33. ff. de Donat.

XC. Porro hoc spectat except. compensatio-
nis. Nam & illam post sententiam executioni
opponi posse, est expressus textus in l. ex causa.
2. C. de compensation. l. Cum militi. 16. §. 1. ff.
eod. Ratio, quia compensatio non impugnat
sententiam, sed illam potius confirmat, eo quod
compensatio sit quædam solutionis species, & sic
pars executionis, l. Si debitor 4. ff. Qui potior,
in pign. bab. Bartol. in l. Aufertur §. Qui com-
pensat. n. 1. ff. de Iure fisci. Ubi tamen nota-
dum puto, exceptione huic tum demum post sen-
tentiam locum esse, quando debitum compensan-
dum est liquidum, ac in continenti probabile.
Quod si vero majorem amplioremque requirat
indaginem, omnino observanda erit, l. Compen-
sationes fin. C. de Compensat. l. 14. ff. eod. & reus
excipiens ad novum judicium remittendus erit.
Idem exc. militi competens, quæ si per juris igno-
rantiam ante sententiam definitivam in judicium
deducta non fuerit, potest nihilominus ex specia-
li ejusdem privilegio post illam obiici, l. 1. C. de
Ignor. Iuris & fact. Eodemque gaudent benefi-
cio minores 25. annis, qui favore imbecillis æta-
tis impetrarunt restitutionem in integrum, l. Mi-
nor. 36. ff. de Minor. l. Peremptorias 2. C. sent.
rescind. non posse. Item heredes, qui cum bene-
ficio inventarii hereditati se vel immiscuerunt, vel
eam adierunt; licet in solidum condemnentur.

¶

possunt

possunt tamen post sententiam adhuc exceptio-
nem inventarii opponere, ne ultra vires heredi-
tarias quicquam præstare teneantur ex Constit. I.
Justiniani Scimus ult. C de Iur. delib. Jason. ad l.
1. n. 17. C. de Iuris & fact. ign. Faber. in §. ex-
traneis n. 7. Inst. de hered. qual. & differ.

XCI. In eundem censum exceptionum para-
tam sententiæ executionem impedientium venit
exceptio nullitatis, modo ex actis vel aliunde no-
toria sit nullitas, vel in continent probari queat
l. Si se 4. §. condemnatum 6. ff. de re jud. l. Lice-
24. C. de procurat l. Si expressim 29. ff. de Appel-
lat. l. Prolatam 4. C. de sent. l. Si feriatis 6. ff. de
feriis l. Si prætor 75. §. Marcellus ff. de Judic. c. l.
&c. de cætero 5. X. de sentent. & re jud. l. i. ff.
Quæ sentent. fin. appell. resc. l. Si cum 2. & t. t.
C. Quando provoc. non est nec. vid. Vant. de Nu-
llit. sent. & process. Marant. de Ord. Judic. p. 4.
in 16. distinçt. judiciorum per tot. Hæc exceptio
hodie intra decendium a die sententiæ publicati
proponenda est, cum neglecta antiqui juris dif-
ferentia in l. 32. ff. de re jud. l. 19. ff. de Appell.
l. 2. Quand. provoc. non est nec. fundata, tam
sententia nulla, quam iniusta intra decendium ap-
pellatio interponi debeat, Recess. Imper. de Ann.
1654. §. In dehme auch numehr cum seq. In quæ
tamen nullitas ex insanabili defectu iudicis, vel li-
gantium, aut ex substantialibus processus pro-
ficiens, communis juris dispositioni (iuri Cæsa-
reo) relinquitur. d. Recess. §. Ven denjenige
Nullitäten. Item exceptio pretii non soluti,

exce-

exceptio non traditarum mercium, 1. Quod si no-
lit. 31. §. 8. l. si servus 57. pr. ff. de Ædil. ed. 1. Iu-
lianuſ 13. §. offerri 8. ff. de Act. empt. l. Si pater 8.
in f. C. eod. l. cum fundus 31. §. 1. ff. de reb. cred.
Gail. lib. 2. obſerv. 17. n. 9. ubi contrariam Barto-
li ſententiam refutat. Id. lib. ſing. de pignorat.
Obſ. 14. n. 7.

XCII. Atque hæ, & præterea ſexcentæ aliae,
tanquam clypei contra rei judicatæ exſecutionem
legitime opponi poſſunt. Quas omnes & ſingu-
las hoc loco perſequi non licet; præſertim, cum
tot rursus ſint harum exceptionum exceptiones,
tantaque ipsarum limitationum ſegeſ, ut juſtum
diſputationis modum longe excedant. Videat,
cui volupe eſt, de iis Glosſ. in l. Quamvis 1. ab
verb. Vti C. de Ignor. Iur. & fact. it. ad l. perem-
torias 2. C. ſent. reſcind. non poſſ. Bartol. & Jafon-
em in l. Si ſe obtulit. 4. ff. de Re judic. Paulum
de Castro ad l. i. C. de Ignor. Iur. & f. Specula-
torem lib. 2. partic. 1. tit. de Except. & Repliſ. Za-
ſium ad l. 2. ff. b. t. Oldendorp. in Enchir. Except.
rubr. Except. adverſ. exſecut. ſint. p. m. 369. & paſ-
ſim. Zang. tr. de Except. p. 3. c. 26. Bachov. vol. 2.
ad Treutl. disp. 26. th. 7. lit. e. f. g. h. Cumprimis
autem Matthiam Colerum de proceſſ. exſecut. part.
4. c. 1. & Matth. Berlich. concluſ. practicabil. part.
1. conſt. 84.

XCIII. Plerasque autem haſce diſſicultates,
circa tempus proponendarum exceptionum oc-
currentes, gladio quaſi Delphico confodere, uno-
que iſtu perimere videtur Noviſſimus Imperii Re-
ceſſus

cessus de anno 1654. eo ipso, quo litium, cornice alias vivaciorum abbreviandarum causa constituit, omnes exceptiones, tam dilatorias, quam peremptorias sub ipso litis exordio esse proponendas, & quidem sub pena præclusionis d. Recess. §. Es solle auch hinführro verbis: Wie auch was er das bey dilatorie oder peremptorie einzuhenden haben mögte, alles auf einmahl (sc. in primo termino) bey Straffe der præclusion einbringen. Conferatur Sprengerius ad Recess. §. Instrum. Pacis tit. 7. p. m. 13.

XCIV. Vidimus hactenus, quomodo in processu ordinario ratione temporis apta sit exceptio. Ostendendum jam porro erit, quando illa in iudicio extraordinario opponi debeat. Est autem processus extraordinarius, quando jure quidem veteri, ipse Prætor nullo dato judice pedaneo cognoscebat; hodie vero, in quo simpliciter & de plano, ac sine sufflamine & strepitu iudicij proceditur, h. e. quando nuda facti veritate inspecta, pleraque solennia ad ordinarium processum spectantia, negliguntur, Clem. Dispensiosam. 2. de Iudic. Omissa itaque hic litis contestatione, quæ & ipsa olim solenniter a partibus litigantibus fiebat, dum accepto iudice pedaneo, & præstitis utrinque satisfactionibus, vadimonium in diem certum, quo ad iudicem pedaneum iretur, concipiebant, atque ita a prætore decedentes, ad eos, qui tribunal assisterbant, hac verba solemnia pronunciabant: Testes estote. Quibus item constari dicebantur, adnotante Sutholto in aecurgatisima

tissima Dissert. de Iurisdic^{t.}. aphor. 308. Postea vero sublato more dandi judices pedaneos, insimul & hic modus litem contestandi non potuit non in desuetudinem abire; successit igitur alias, *fundatus in l. 1. C. de lit. contest. l. Rem novam 14. §. 1. C. de Iud. l. 2. C. de Iurejur. propt. cat.* Qui cum & ipse non vacaret omni solemnitate, a processu extraordinario abesse iussus est. *Clem. sape contingit. 2. de Verb. signif.* Nihilominus tamen omnis exceptio, vel ante, vel post litis contestationem opponenda est; sicut ex præcedentibus patuit. Dubium igitur non omnino nullum suboriri poterat, quando exceptiones, quibus nec hoc judicium carere potest *d. clem. 2.* sint allegandæ. Cui satisfacere in facili erit; si attenderimus, quinam eius actus expressæ solemnique litis contestationi æquiparetur. Is videlicet, quo de causa meritis agere, ac disceptare partes litigantes aggrediuntur. Marant, *in spec. aur. tit. de posit. f. artic. product. n. 4.* In processu igitur extraord. dilatoriæ ante hunc actum, peremptoriæ vero post illum regulariter erunt opponendæ.

XCV. Non raro etiam exceptiones in causis executivis mandatorum poenaliū sine clausula, repræsaliarum, arrestorum, & pignorationum sibi locum vendicant. Quæ autem & quales istæ sint, quomodo item & quando in judicium ducedendæ, latius exequi instituti mei ratio non patitur. Consulantur Coler. *tr. de process. Exec. part. 4. c. 1.* Frider. Mind. *de process. Mand. & Monit. extrah. lib. 2. c. 15. n. 8, 12. 13, & seqq.* Gail. *tr. de Arrest.*

Arrest. Imperii. it. lib. sing. de Pignorat. observ.
14. & 15. Rosbach. process. civ. tit. de Arrestas.
28. 52. 53. & 62. Petrus Peckius de Iure sistendi
c. 3. 4. 5. 6. 10. & 16. it. Novissima Imperii Con-
stitutio de anno 1654. §. Demnach sich auch un-
ter & seqq. Nos præmissi ordinis memores
pergemos ad exceptionis probationem & de-
fensionem.

XCVI. Quamvis autem regulariter reo non
 incumbat onus probandi *l. Actor. 23. C. de Pro-*
bat. siquidem actore non probante absolvitur, li-
 cet nihil præstiterit, *l. 4. C. de edend. l. 9. C. b. t.*
l. 9. C. de obl. & A. Eidem tamen sese facit ob-
 noxiū, si exceptionem aliquam objecerit: hanc
 enim probare tenetur, *l. 9. l. 19. ff. de probat.*
Ord. Cam. Imp. p. 3. tit. 26. §. So also der Kläz-
 ger. *Recess. Imp. de anno 1654. §.* Dahero und
 wann, quoniam reus in exceptione actor est, *l. 1.*
ff. b. ejusque partibus fungi *d. l. 10. ff. de probat.*
 atque agere dicitur *d. l. 1. ff. b.* Et dilatoria qui-
 dem, quæ ipsum judicium ejusque constitutionem
 conceperit, ante litis contestationem ipsi probanda
 venit, *l. pen. & ult. C. b. t.* quandoquidem de il-
 lius probatione judicio jam constituto frustra la-
 boratur. Ipsam vero causam respiciens dilatoria,
 etiam post litem contestatam recte probari potest,
l. Dilatoriam 19. C. de probat. Peremptoria ex-
 ceptio etiam absque contestatione, (quæ tamen
 olim erat necessaria. *Vid. tb. 86.*) post litem con-
 testatam quandocunque ad sententiani usque pro-
 bari potest. Gail. *1. observ. 74. n. 13. it. Obs. 119.*

in

in f. Hartm. Hartmanni tit. 9. obs. 1. n. 1. & seq.
 Quod si vero in modum dilatoriarum, ad litis contestationem impediendam, vel post sententiam exsecutio[n]is declinandæ gratia opponantur, in continenti sunt probandæ. Hartmann *d. tit. 9,*
Observ. 1. n. 8. Vid. th. 88. Hodie ex sepe di-
 tta novissima Imperii Lege de anno 1654. licet tam dilatoriæ, quam peremptoriæ ante litis contestationem sint allegandæ; cum tamen in primo termino simul in negotio principali sit procedendum, earum tractatio ac probatio, etiam post liti-
 sis contestationem conceditur, *d. Recess. §.* Es soll auch hinsührō junct. §. Und hat der Bellag-
 te, exceptis fori declinatoriis, quæ adhuc hodie ante litis contestationem sunt probandæ *ad §§.*

XCVII. Potest tamen reus exceptionem alle-
 gans illud oneris ad tempus, donec actor intentio-
 nem suam probaverit, tubterfugere; si modo cau-
 te eam proposuerit. Quod fit, si ad actoris inten-
 tionem respondeat, eam neque negando, neque
 affirmando simpliciter, sed dubitative & conditio-
 naliter exceptionem suam proponendo, v. c. fun-
 dum, quem tuum esse dicis, ad te spectare non pu-
 to, & licet contrarium legitime probaveris, eum
 tamen a me usucaptum esse, constanter assevero.
 Vel in actione personali. Centum, ad quæ danda
 me tibi obligatum putas, me tibi non debere ar-
 bitror, & si sufficienter probaveris, dico illa esse
 soluta, vel transactione perempta. &c. Atque hac
 ratione objectæ exceptionis probatio post litem
 contestatam reiicitur, nec ante a reo exigi potest,
 quam

quam actoris intentione legitime probata, *text,*
elegant in l. siquidem 9. C. b. t. Quod tamen non
 cuivis reo, sed vel actionis veritatem ignorantis, vel
 de ea dubitanti concedimus per d. l. 9. Non au-
 tem ei, qui in conscientia de iustitia actionis con-
 victus, vel de possibiliitate probationis ab actore
 facienda certus. Talis enim calumniator impius
 est in ipsum Deum, qui se iudiciis interesse pro-
 fessus est, *Deuter. 1. v. 15.* iniquus adversus pro-
 ximum suum, quem injuste divexaret, sibique ipsi
 consultor pessimus; cum, sive calumniae convictus
 fuerit, sive non, ipse sibi malum accersat, si enim
 hoc, gravissimam Dei Opt. Max. iram, si illud,
 iudicis arbitrariam poenam incurrit, *præter vul-*
garia d. Recess. Ratisb. de anno 1654. §. Und
 hat der Beklagte & §. Nicht weniger die Ad-
 uocati.

XCIIX. Quoniam vero exceptiones, earum-
 ve probationes, sive per instrumenta, sive per te-
 stes, sive alio modo factæ, haud raro impugnari so-
 lent. Hinc (5) ad reorum partes pertinet, ut
 exceptiones ulterius tueantur ac defendant, quod
 olim siebat per duplicationem, quadruplicationem,
 & si quid defensionis reo superesset, deinceps no-
 mina multiplicabantur, *l. 2. §. 3. ff. b. t.* Hodie
 vero propositis a reo exceptionalibus articulis, si
 ab actore negantur, reus ad probationem earum
 admittitur. Sin autem iis non directe contradic-
 cit, sed replicando, vel reellisivos, ut vocant, eden-
 do, eas infringere conatur, reo tam in dilatoriis,
 quam peremptoriis, conceditur duplicandi, seu
 reellisi-

reelisivorum reelisivos proponendi, & absque scriptura concludendi potestas. Ord. Cam. p. 3. c. 26. §. Wo aber die Replic. & c. 29. §. Wo aber solche. Interdum tamen usu venire potest, ut consultius sit reo, omissis duplicitis, per simpli- tem inficiationem respondere, atque adeo repli- carum probandarum onus in actorem devolvere, sugerente Oldend. in *progymn. forens. rubr. de Exc. Dilat. & permittente* Ord. Cam. p. 3. tit. 26. §. Wo aber der Kläger. Nunquam vero hac in disputatione triplicæ conceduntur, nisi in exceptionibus pereemptoriis, quod tanquam singula- re observari meretur ex jam laudata Ord. Cam. Imp. p. 3. tit. 29. §. Wo aber solche.

XCIX. Defendendarum exceptionum modus magis elucescat, si adiiciamus, quomodo impugna- ri soleant. Quod sit nullitate atque injustitia ea- rundem, arg. l. *Quotiens 9. ff. Qui satisd. cog. l. 2. ff. de Autor. tut. replicatione, §. Interd. 2. Inst. de Replic. l. 2. §. 1. l. 21. §. 1. ff. b. triplica- tione &c. §. Etsi rursus 2. Instit. de replic. l. 2. §. 3. ff. b. constitutione, sic in hoc illustri Ducatu celebris constitutio D. Friderici Ulrici de anno 1617. obtinet, quæ contra iucorrupta instrumenta, nullam nisi solutionis exceptionem admittit, Sta- tuto, Bartol. in l. *Prætor. 1. §. & parvi. n. 3. ff. Quod vi aut clam. pacto. l. Sed et si. 4. §. 4. ff. de pact. Speculator de renunc. per tot. & de Oblig. & sol. Wesenb. ad tit. ff. de Exc. n. ult.**

C. Denique respectu judicis consideratur hoc exceptionum exercitium, ut eas non temere reii- f ciat,

ciat, vid. tb. 37. sed terminum ad illarum tum propositionew, tum probationem, partibus præfigat, iisque legitime probatis, sententiam secundum reum ferat, c. Olim 7. X. de Except. Et in dilatoriis quidem, reum ab instantia seu observatione iudicij absolvere debet. Ubi ita plerumque pronunciari solet: Dass Beklagter von diesem Gerichts-Zwang zu entbinden, und loszuziehen. In peremptoriis, quoad principale negotium absolitus est. Dass Beklagter von angestellter Klage zu absolviren und zu entbinden sey. E contrario vero, si exceptiones deprehendat frivolas, atque irrelevantes, iis reiectis, actori intentionem suam probanti reum condemnnet. Et quidem si dilatoriæ fuerint, ad litem sine ulteriori tergiversatione contestandam, Ord. Cam. p. 3. tit. 26. §. und so nach, in hunc fere modum: Dass Beklagter seiner vorgewandten exceptionen, (vel simpli- citer) seines Vorwendens ohngeachtet, auf die Klage sich einzulassen, darauf zu antworten, und den Krieg rechtens zu befestigen schuldig seyn soll. Vel siquidem in eventum, & sub conditione li- iam contestata sit, sicut ex Nov. Recess. Imperii de anno 1654. §. Es solle auch hinführo & §. Und hat der Beklagte, omnino requiritur, ita pronun- ciandum: Dass voriger Einrede ungehindert, ein kommene litis contestation für pure erkandi, und Kläger darauf Antwort zu geben schuldig sey. In peremptoriis probandis si succumbat, actori in causa principali reus erit condemnandus. Dass Beklagter, der eingewandten exception Scti Ma- cedoniae

cedoniani &c. ungeachtet, Klägern die geforderte
 100. Thlr. zu bezahlen schuldig, und dazu zu con-
 demniren und zu verurtheilen sey. Quod si vero
 onus probandi per eam, quam *supra* th. 97. pro-
 posuimus cautelam, reus declinaverit, huic, acto-
 re non probante, in causa principali tribuenda
 victoria, 1. *Siquidem* g. C. de Except. Sin exce-
 ptio anomala ad impediendum litis ingressum op-
 posita & probata fuerit, v. c. transactionis, reus
 non ab instituta actione, sed ab instantia vel im-
 petitione est absolvendus, sic: Dass Beklagter
 auf erhobene Klage sich einzulassen nicht schuldig.
 vel: ab instantia zu absolvieren sey. In puncto
 mandatorum, ubi opposita v. c. obreptionis ex-
 ceptio, non relevat, dass eingewandter exception
 ungehindert, das hiebevor erkandte Mandatum
 zu redintegriren. Si vero attendenda veniat, dass
 das erkandte Mandatum hinwieder zu cassiren und
 aufzuheben sey.

C1. Quia vero **reus** sese defendit non modo
 per exceptionem, verum etiam per duplicationem
 & quadruplicationem, ut *supra* th. 98. dictum,
 hinc a bono judice, præsertim si definitive sit pro-
 nunciandum, non tantum ratio habenda est cau-
 tionalium, h. e. formularum, ad exceptionem vel
 justam vel injustam quadrantium; verum ille quo-
 que maxime peritus esse debet forensium questio-
 num dignoscendarum, seu quid in causa propo-
 sita sit juris. Ad hoc vero opus est duobus: 1.
 inventione, 2. dijudicatione seu decisione. In-
 ventio iterum in duobus occupatur, 1. ut intel-
 ligat,

ligat, quid sit in quæstione, 2. ut qualitatem intellectæ quæstionis videat, h. e. cuius sit status.

CII. Quæstio non ex primo litigantium conflictu æstimanda (quia in eo vix subsistitur,) sed in eo, quod ipsi est extremum. Dependet enim illa ex intentione actoris, defensione rei, replicatione actoris, duplicatione rei, & sic deinceps, & utrinque facta repetitione, donec concludatur ad decisionem, V. g. conductor expulsus ex fundo conducto, contra pactum de non expellendo, cui & poena adjecta fuerat de X. solvendis, agit contra locatorem, pactum illud non servantem. Excipit locator de dolo, quod conductor intra biennium pensionem non solverit, eumque propterea juste expelli. Replicat actor, hoc in contractu non fuisse expressum. Reus duplicat, illud tacite actum fuisse, scil. ut non expelleretur conductor, quamdiu pensionem solveret, & fundum conductum debito modo coleret. Utterque repetit priora, & concludit. Hic quæstio non est de eo, an conductore intra biennium pensionem non solverit; appareat enim ex sequentibus, quod reus hoc confideatur, sed quæstio est de eo, quod ultimum in duplicatione fuit, sc. an in locatione facta hoc insit, ut tum demum non expelli possit conductor, si pensionem solverit: adeoque an locatori profutura sit initio opposita doli exceptio; Et hoc affirmatur a Paulo dicente, si conductor poenam petere coepit, nec satisfecit pensionibus, profuturam locatori doli exceptionem, in l. Quæro 54. §. 1. Locat. Cond.

Et

Et hoc est, quod κεινόμενοι rhetoribus vocatur.

CIII. Status questionis, juxta principia rhetorica, vel potius juridica, oratoribus mutuata, est triplex, conjecturalis, finitus, juridicalis. Cumque hoc idem est, quod dici solet, questionem fori omnem esse facti vel juris, v. c. praedita questione, partim status finitivi est, partim juridicalis. Et faciunt pro negante sententia quidem (1) quod pacta contractui locationis adiecta sint servanda, l. i. pr. l. 7. §. 5. ff. de pact. l. Legem 16. & l. Circa 19. C. de Loc. cond. (2) quod non fuerit cum conductore conventum, si pensio per biennium non solveretur, eum fore expellendum: quodque verba in mente retenta nihil operentur, arg. l. 77. ff. de Contrab. empt. (3) quod sit iniustum, conductorem privare commendo illo, quod ex fundo percipere potuerat, l. 24. §. 4. & arg. l. 3. C. de Loc. cond. Verum pro ajente sententia ex iisdem fontibus de prompta militant hæc: quod jure certo sit definitum, conductorem juste expelli ex fundo conducto, si pensionem per biennium non solverit, d. l. Quæro 54. ff. Loc. cond. (2) iniustum est, id quod locatori debetur, ipsi præripere, arg. l. 27. C. de Loc. cond. (3) etiam pacta, quæ tacite insunt, servari debent, §. 5. Inst. de Loc. cond. l. 4. ff. de pact. l. 4. pr. l. 7. ff. In quib. caus. pign. d. l. 54. ff. l. 5. C. de Loc. cond. tum propter legem definitum, quæ ad hoc obligat, l. i. de leg. tum quoque secundum principia agentium, qui legi

contractus suos conformare voluisse cendi sunt.

CIV. Neque officiunt præmissæ dubitandi rationes. Non (1) quia & illa contractibus insunt, quæ licet non sint per pactum adjecta, tamen a lege requiruntur, §. 5. Inst. de Loc. cond. d. l. 54. ff. cod. d. l. i. 2. 3. ff. de Leg. Non (2) obligatio enim non tantum oritur ex conventione, sed & ex variis causarum figuris, interque has interdum ex lege, l. i. ff. de Obl. & Aet. l. i. ff. de Leg. d. l. 3. C. de Loc. cond. Neque (3) quia conductori emolumenta futura recte denegantur, cum jus ad rem nullum amplius habeat. Cum ergo prædictæ decidendi rationes superent dubitationes antea allatas, ex his concludit judex, actionem locati conducti exclusam esse per rei exceptionem, ideoque pronunciandum esse, locatorum ab instituta actione esse absolvendum sec. d. l. 54. §. 1. ff. Loc. cond.

CV. Dijudicatio controversæ questionis requirit primo inspectionem eius, quod actum est, observationemque pactorum, si quæ intervenerunt. Deinde eius quod legibus finitum, vel justum est; ratione (1) statutorum, l. 2. C. de nox. act. Ord. Cam. p. i. tit. 57. Recessu Imperii novissimo Ratis. de anno 1654. §. Benebenst sollen. (2) Consuetudinum approbatarum. l. 7. §. 10. de admin. tut. l. 37. de leg. (3) Principalium constitutionum. §. 6. Inst. de I. N. G. & C. His autem deficientibus (4) decisio petenda est ex communi jure Cæsareo de Recess. noviss. eodemque §. Conferatur Nobilis

Dn.

Dn. Præs. in Observ. ad Wesenb. tit. de Legib. n. 3.
 ad verb. Decreta. ideoque judicem notitia illius
 iuris cumprimiss instruetum esse oportet. Quod
 si vero nec in eo casus controversus diserte & in
 terminis est decisus, dispiciendum erit (5) judici,
 an per consequentiam, aut similitudinem defini-
 tio aliqua inde elici possit, arg. tit. de legit. pa-
 tron. tutel. l. un. C. de Inoff. dotib. (6) An res
 judicatae extent, l. 38. ff. de Legib. (7) attenden-
 dum, quid DD. communiter statuant, arg. 6.
Ethic. 12. vers. l. quare peritorum. (8) Iudici
 accurata quoque æqui & boni habenda ratio est.
l. Placuit 8. C. de judic. Atque hæc de amplissi-
 ma exceptionum materia, pro instituti nostri
 ratione dicta sufficient.

SOLI DEO GLORIA.



EPITO.

EPITOME THESIUM HOC OPUSCULO CONTENTARUM.

| | |
|---|--------|
| I. Iudicia in republ. necessaria esse evincitur, | Pag. 3 |
| II. Nec amicitiam inter omnes cives servari posse afferatur, | 3 |
| III. Iudiciorum cura ad maiestatem pertinet, | 4 |
| IV. Ostenditur illa in Romanis, | 4 |
| V. Duo juris obtinendi media proponuntur, | 5 |
| VI. Ratio instituti, | 5 |
| VII. Disputationis methodus, | 5 |
| VIII. Αξιωσις, | 6 |
| IX. Etymologia vocis exceptionis, | 6 |
| X. Ejusdem homonymia, | 7 |
| XI. Exceptio in hac materia accipitur 1) late, 2) stricte, & rursus vel impropria est, vel propria, | 8 |
| XII. Synonymia vociis exceptionis, | 8 |
| XIII. Exceptionis definitio, | 9 |
| XIV. XV. XVI. Quare exceptio jus dicatur, examinatur, | 10. 12 |
| XVII. Exceptiones considerantur absolute & relate, quatenus sunt juris naturae, quatenus juris gentium, | 12. 13 |
| XVIII. Exceptio relate considerata, alia est juris gentium, alia civilis, | 13 |
| XIX. Eriam alias gentes exceptionibus fuisse usas, docetur, | 14 |
| XX. Except. aliæ sunt civiles, aliæ prætoriae, | 14 |
| XXI. Quænam prætoriae? | 15 |
| XXII. Exceptio alia est directa, alia utilis, alia in factum, | 16 |
| XXIII. Exempla exceptionum in factum, | 17 |
| XXIV. Exceptiones aliæ sunt favorabiles, aliæ odiosæ, | 18 |
| XXV. Aliæ sunt juris seu actionis, aliæ facti seu intentionis, | 19 |
| XXVI. Cujus gratia exceptiones inventæ? | 19 |
| XXVII. Quibus competant? | 20 |
| XXVIII. An heredibus & fidejussionibus, | 21 |
| XXIX. | |

| | |
|--|-------|
| XXIX. Contra quem competant? | 22 |
| XXX. Except. objectum, | 22 |
| XXXI. Vnde oriuntur exceptiones? | 23 |
| XXXII. Justum aliquid est tripliciter, | 24 |
| XXXIII. Ex dictis principiis exc. derivandæ, | 25 |
| XXXIV. Exc. alia realis est, alia personalis, | 25 |
| XXXV. Forma exceptionum, | 26 |
| XXXVI. Exc. finis generalis & specialis, | 28 |
| XXXVII. Effectus a parte judicis, ut nullam temere rejiciat, a parte rei oppositio, | 29 |
| Exceptionis probata effectus, | 29 |
| XXXVIII. Ab effectu exceptio alia est peremptoria, alia dilatoria, | 29 |
| XXXIX. XL. XLI. Exc. dilatoriarum divisio, | 30 |
| XLII. Exceptio incompetentiæ ratione personæ & causæ, | 31 |
| XLIII. Ratione quantitatis, | 32 |
| XLIV. Exceptio recusationis, | 33 |
| XLV. - - - Præventionis, | 35 |
| XLVI. Exceptiones dilatoriæ quomodo a personis de- ducantur, | 36 |
| XLVII. Exceptio excommunicationis, | ibid. |
| - - non impetratae venia, | ibid. |
| XLVIII. - - competentiæ, | ibid. |
| XLIX. - - revocandi domum, | 37 |
| L. - - inhabilitatis, | 38 |
| - - justi impedimenti, | 38 |
| - - non præstitæ cautionis, | 39 |
| - - contumaciæ, | ib. |
| LI. A Personis alienis ducuntur exceptiones procu- ratoriæ, | 39 |
| LII. Ex defectu constituendis & constituendi, | 40 |
| LIII. Exceptio deficientis mandati, | 41 |
| Ex defectu actionis, | 41 |
| LIV. Except. dilatoriæ a processus modo, | 42 |
| Exceptio libelli inepti, | 42 |
| - - continentia non dividendæ, | 43 |
| - - litis pendentis, | ib. |
| - - novatorum, | ib. |

| | | |
|---------------------|---|-------|
| LV. | Exceptio præjudicij, | 44 |
| - - | primæ instantiæ, | ib. |
| - - | appellationis non devolutæ, | ib. |
| - - - - | desertæ, | ibid. |
| LVI. | - loci non tuti, | 45 |
| - - | termini angustiæ, | ibid. |
| - - | feriarum, | ibid. |
| - - | nullitatis, | 46 |
| LVII. | - plus petitionis, | ibid. |
| - - | spolii, | ibid. |
| - - | moratoria, | 47 |
| LVIII. | - excursionis seu ordinis, | ibid. |
| - - | divisionis, | 48 |
| - - | cedendarum actionum: | ibid. |
| - - | inventarii nondum confecti, | 49 |
| LIX. | De exceptionibus peremptoriis, | ibid. |
| LX. LXI. | Earum divisio, | ibid. |
| LXII. | Exceptio solutionis, | ibid. |
| - - | novationis, | 50 |
| - - | delegationis, | ibid. |
| - - | acceptilationis, | ibid. |
| - - | solemnis obligationis, | ibid. |
| - - | compensationis, | ibid. |
| - - | confusionis, | 51 |
| - - | mendaciorum, | ibid. |
| LXIII. LXIV. | Exceptiones peremptoriæ actionem cernentes rursus sunt duplices. | con- |
| LXV. | Exceptio doli. | ibid. |
| - - | metus, | 52 |
| - - | non numeratæ pecuniaæ, | ibid. |
| LXVI. | - senatus consulti Macedoniani, | ibid. |
| - - - - | Vellejani, | 53 |
| - - - - | Trebelliani. | ibid. |
| | Exceptio inculpatæ tutelæ, | ibid. |
| LXVII. | Exceptiones peremptoriæ ex novis causis ori- entes, | 54 |
| LXVIII. | Exceptio pauci, | ibid. |
| - - | jurisjurandi, | ibid. |
| - - | transactionis, | ibid. |
| | præscriptionis, | 55 |

| | | |
|---------------------------|---|----------|
| LXIX. | Exceptio inventarii confessi, | 55 |
| - - rei venditæ, | ibid. | |
| - - nondum soluti pretii, | ibid. | |
| - - rei judicatae, | ibid. | |
| LXX. | De exceptionum exercitio, | 56 |
| LXXI. | Requisita & quidem a parte rei, | ibid. |
| LXXII. | Quis exc. in judicio exercere possit? | ibid. |
| LXXIII. | Exceptio actu est opponenda, | 57 |
| LXXIV. | Debet esse apta, | ibid. |
| LXXV. | Proponatur clare & in specie, | 58 |
| LXXVI. | Tam in scriptis, quam viva voce, | 59 |
| LXXVII. | Plures possunt proponi, | ibid. |
| LXXVIII. | Modus plures proponendi, | 60 |
| LXXIX. | De exceptionum formulis antiquis, | 61 |
| LXXX. | Hodiernis, | 62 |
| LXXXI. | Ratione temporis ut apta sit exceptio, distingueendum, | 64 |
| LXXXII. | In processu ordinario dilatoriae ante litis contestationem sunt proponendæ. | ibid. |
| LXXXIII. | Quod limitatur in iis, quæ 1) gravamen continent successivum, 2) quæ post judicium cœptum exortæ, 3) judicium retro reddunt nullam, 4) si per reum non stetit, | 65 |
| LXXXIV. | 5) si per ignorantiam vel errorem facti alieni fuerint omisæ, 6) si terrius lite contestata interveniat, 7) majoris excommunicationis exceptio post item cont. opponi potest, 8) & ea, de qua ante item cont. protestatio facta, 9) dilatoriae intentionis etiam post item contest. locum inveniunt. | 66. seq. |
| LXXXV. | Exceptiones peremptoræ post item contestatam proponendæ, | 68 |
| LXXXVI. | Easdem opponendi varia jura, | 69 |
| LXXXVII. | Fallit hoc in quatuor exceptionibus, litium finiendarum causa introductis, | 70 |
| LXXXVIII. | Quod privilegium etiam ad alias peremptorias extenditur, | ibid. |
| LXXXIX. | Exceptiones nonnullæ etiam post sententiam opponi possunt, | 72 |
| XC. XCI. | Quænam illæ sint? | 73 |

| | |
|--|--------------|
| XCII. Vnde reliquæ petendæ? | 75 |
| XCIII. Jus novissimum circa tempus proponendarum exceptionum, | ibid. seq. |
| XCIV. Quomodo in processu extraordinario exceptiones opponi debeant, | 76 |
| XCV. De exceptionibus mandatis, repressaliis, arrestis & pignorationibus oppositis, | 76 |
| XCVI. De exceptionum probatione, | 77 |
| XCVII. Cautela, quomodo reus onus probandi subterfugere possit, | 78 |
| XCVIII. De exceptionum defensione, | 79 |
| XCIX. Contraria exception. | 80 |
| C. De judicis officio & sententia, | 81 |
| CI. Requisita ad sententiam de exceptionibus ferendam, | ibid. |
| CII. Exemplum, | 83 |
| CIII. De questionis statu, | 84 |
| CIV. Responsio ad contraria, | 85 |
| CV. De questionis decisione, | 86 |
| | <i>Ibid.</i> |



75
arum
seq.
ptio-
76
estis
77
78
ter-
79
80
81
ibid.
ren-
83
84
85
86
ibid.

Ko 2583
S

ULB Halle
008 875 502

3



D. HENRICI HAHNII,

ICTI

FACVLTATIS IVRIDICAE ANTE-
CESSORIS PRIMARII, ET DICASTERII GVEL-
PHICI ADSESSORIS GRAVISSIMI &c.

TRACTATIO IVRIDICA

DE

EXCEPTIONIBVS,

TAM

IN GENERE, QVAM IN SPECIE, ET
PRIMO QVIDEM ABSOLVTE, QVOAD
PRINCIPIA, DEINDE RELATE
AD PROCESSVM CONSI-
DERATIS,

VNA CVM IIS,

QVÆ IN NOVISSIMO

IMPERII RECESSV

DE ANNO 1654.

CIRCA HANC MATERIAM
SVNT MVTATA.

EDITIO NOVISSIMA EMENDATOR.

HALÆ & LIPSIÆ,

Ex OFFICINA CRVGIANA,
M DCC LV.

